¶ Hoc fac dñe quia Dilectio mea et affectio) que facile labi ſolet nō receſſit a rectitudie et fidei et iuſticie inter cōcutientes hereſes et mūdi grauiter ſeuiētes anguſtias ſemp ſtetit immobilis et pſiſtēs i directo itinere mādatorum tuorum et ideo miſeré mei. qd ſi feceris qdiu ero in ogregacōibus hominū publice (benedicā te dñe) laudando et glorificādo pro bñficijs michi collatis a te.

¶ Pſalmus. xxvi. in quo vir iuſtus petit a deo grām ut ſic in pñti pugnādo pualeat otra hoſtes ſpirituales ut pueniat ad regnū.

¶ Propheta exaltās quēquā hoim nō timere quoniam a deo fuerat illuminatus ait.

# Dñs illuminatio mea

illuminās et docēs me cōtra tenebras ignorātie (et fortitudo ſalutis mee) roborās infirmitatē meā ut in bello poſſim reſiſtere (quē ego timebo?) nullū vereor vel timeo hoſtē inſidiatorē vel pſecutorē. Dñs ptector vite mee) ipe enī repellit omnes impetus et inſidias hoſtiū meorum (a quo ergo trepidabo) habendo talem ptectorem? a nullo. ¶ Dixi non timeo aliquē quia Dum) pſecutoēs nocē (appropiant

michi)ut corpus meū rabido dente lacerēt nō magni=
facio qm̄ nō timeo eos q̄ occidūt corpus aīam aūt occi
dere nō poſſunt. ¶ Quia dn̄s ꝓtector vite mee ē. In mi=
mici mei q̄ ſecūtur me infirmati ſūt) nō potētes pficē qđ
intendebāt(et ceciderūt i ruinā)aīe ſue puerſitates. Si
fortitudo demoniorū·ſi impetus viciorū·ſi molimina ho=
ſtiū(aduerſuʒ me ꝯſiſtāt non timebit cor meū)qm̄ deus
bellator fortis pugnat ꝑ me. Si exſurgat)fortiuſ(ad
uerſus me plurī)a p̄dictis inimicis(in hoc meo adiuto=
rio figā ſpem victorie)ꝛ remuneracōis āplioris glorie
eterne. Unā rē petij a dn̄o)p̄ ceteris(ꝛ hāc requirā)
oracōne pſeuerāter ꝑ obtentu ipius(ut inhabitē in do=
mo dn̄i)ſcꝫ militātis ecc̄ie ut q̄ diu viuo nulla aduerſi=
tas me excludat ab vnitate fideliū q̄ vnitatē ꝛ veritatē
dn̄ice fidei p orbē terrarū tenent ſꝫ in ea pmaneā ſemp.
Hoc peto eo fine. Ut)tandē(videā)p guſtū(boni
tatē dei)in qua ſūma delectatio eſt et ſūma pulcritudo
(et viſitē celeſte templū eius)vbi cū ſanctis fruar cla=
ra ꝯtemplacōne eius.

¶ Ideo hoc michi ſpero. Qm̄ iam in diſpenſacōne verbi
ſui incarnati)p fidē ꝛ ſpem(abſcondit me i die malorū)
hominū me pſequētiū(et ꝓtexit me)ne lederer(in potē=
tia diuinitatis abſcōdita)ſub hūanitate que fuit taber=
naculū in quo xp̄us cōtra diabolū militauit.

¶ Hoc etiā fecit qꝛ· In petra)xp̄o(exaltauit me)dn̄s qꝛ
in ip̄o et per ip̄m ꝓmoueor de virtute in virtutē(et nūc)
in p̄ſenti vita(exaltauit mentē meā ſup prauos motus
et appetitus meos vicioſos)ne mei dominētur.

¶ Poſt hec om̄ia q̄ fecit michi dn̄s. Circuiui)om̄ia bn̄=
ficia memorie ꝯmendādo ꝛ potiſſime redēpcōis bene=
ficiū ꝛ ego nō ingratus(immolaui)in eccleſia catholica

toto orbe diffuſa hoſtiā ineffabilis laudis ⁊ corde ⁊ ope
(letabor in domino) et ideo tu audi vocē meā) interiorez
quā in aures tuas forti intenſione direxi dicēs. Vnā pe=
tij a dño et cetera (exaudi me) dñe ex tua clemētia ꝓ illa
vna et (miſerere mei) Tibi) nō hoībꝰ (aperui) in cor=
de meo vbi ſolus audis (deſideriū meum) .ſ. qđ aīa mea
facta ad imaginē tuā (exquiſiuit te) ⁊ nō aliquid extra
te ꝑmiū miſi (vultū tuū) ꝑſentiā viſionis tue dñe (reqrā)
huic inquiſi cōīn ꝑſeuerāter inſtabo qꝛ ꝑcioſius aliquid
nō inuenio. illa enī eſt ſūma felicitas ⁊ beatitudo omniū
ſcōꝝ. Vt aūt inueniā quod quero dñe. ¶ Nō auer
tas lumen gratie tue a me) peccatore qꝛ non eſt in manu
mea obtinere qđ peto et (nō) ſinas me labi in peccatū per
qđ (declines in ira a ſeruo tuo)

¶ Quia enī ego nō ſufficio te inuenire niſi tu adiuues ideo
deprecor. Adiutor meus eſto) in hac via ut ad hoc ꝑ=
ueniā (nō derelinquas me) cū ceperis adiuuaē (nec de=
ſpicias me) qꝛ ego mortalis te eternū audeo querere
qꝛ tu es (deus meus) qui ad imaginē tuā me creaſti (et
ſalutaris meus) qui ſanas plagas peccati mei. fruſtra
autē creaſti et recreaſti ſi mortales deſpicis.

¶ Ideo etiā nō deſpicias me mortalē quia nō mea propria
a me commiſſa ſ; parentalis culpa eſt qua in hāc mōr=
litatē deſcendi. Qm̄ pater meus) adā (⁊ mater mea)
eua (dereliquerunt me) expoſitū miſerijs ꝑſentis vite. ꝑ
eoꝝ enim peccatū mors intrauit in omnes homines (do=
minus aūt) carne aſſumpta (aſſumpſit me) ad immorta
litatē. nō ergo deſpicias me.

¶ Ex quo aſſumpſiſti carnē meā Da michi legē (viuēdi)
(uti via tua) regia firmiter ꝑſiſtens nec ad dexterā nec
ad ſiniſtrā declinē (et dirige me i ſemitā rectā) et in hāc

dirige me quia nō ſufficit inchoare niſi pueniatur et hoc (ꝓpter inimicos meos) demones prauos hoīes appeti-tus carnis et praua deſideria q̄ inſidiari nō ceſſant ut im-pedimentū preſtent in via eundi ad te deū meū.

¶ Ne tradideris me in volūtates pſequētiū me) nec ſi-nas eos ſaciari de malis meis (q̄m inſurrexerūt ↄtra me teſtes iniqui) de me falſa dicētes ut remoueāt ꝛ reuocēt me a te. ſꝫ tn̄ (mentita ē iniq̄tas ſibi) qꝛ ad dānū ſuū mē-titi ſūt. omne eni peccatū in ſuū redit auctorē.

Vir iuſtus ↄfiſus de miſcdia dei ait ¶ Nō obſtāte pſecu-cōe inimicoꝝ ꝛ q̄ falſitas ꝛ mēdaciū increuerīt ↄtra me. Credo vidē bona dn̄i) electis ꝓmiſſa (in terra beata) bona quidē vera ꝛ dulcia immoꝛtalia ſempiterna ꝛ incōmu-tabilia vbi nullus falſitatis locus vbi nullius boni defe-ctus. ¶ Quia fortaſſis anime amanti hoc tardū videt̄ ſequitur vox conſolatoria. Expecta) patiēter (dn̄m) ſecure qui nō fallit. omnipotens ꝓmiſit. certus ꝓmiſit. verax ꝓmiſit. qui mentiri nō p̄t. ſꝫ tu ut ↄſequaris (virili-ter age) nō remiſſe (ↄfoꝛtetur coꝛ tuū) ne laſſeis a boni ſ operibꝫ etiā ſi mala eueniāt (ſuſtine) pſeuerādo. nō ne-gatū putes qđ nōdū accepiſti qꝛ ſi differtur nō aufert̄.

¶ Pſalmus. xxvij. in quo eſt vox criſti hoīs de paſſione ꝛ reſurrectione ſua.

AD te dn̄e ſancte pr̄ ex magno affectu (clama-bo) auxiliū tuū inuocabo (ne ſileas ā me) cū te dep̄catus fuero ſb̄trahēdo michi bn̄ficiū reſur-rectōis (ꝛ ne taceas) deferēdo me totaliter in paſſiōe. alias (ſimilis eſſeꝫ) aliis hoīb꜄ (deſcēdētib꜄ i lacū) in-ferni ſicut inimici exiſtimāt. ¶ Quod ne fiat. Exaudi

vocē deprecacōnis mee dū oro ad te) pro totius mundi ſalute (dū extollo manus meas) ī cruce (ut templū ſan-ctū tuū) qd̄ eſt eccīa tibi ɔſtruā p paſſionē meā. ¶ Ex-audi me dn̄e. ¶ Ne ſimul me tradas) in morte (cū pecca toribꝫ) ſimul. i. ex q̄ alij tradūtur cauſa ſimili. ſ. ꝑ peccatiſ ſuis (et nec pdas me cū operātibꝫ iniquitatē) eo fine et intencōe qua illi me tradent ut. ſ. nomē meū deleāt ⁊ ex-tinguāt. Qui). ſ. iudei inimici mei (pacē doloſe loquū tur michi proximo) ſecūdū carnē et p impenſam eis mul tiplicē miſericordiā dicētes ſcimus qr a deo veniſti ma-giſter et viā dei in veritate doces ſi licet cenſū dari ceſari (mala autē in cordibꝫ eoꝝ) quia mala intencōne inter-rogant ut. ſ. captū in verbis rephendere poſſent.

¶ Da illis) dabis retribucōnē) ɔdignā (ſecūdū opera ma la illoꝝ) que michi intulerunt flagellātes cōſpuētes et occidentes (et ſecundū nequiciā adinuencōnum ipoꝝ) quibꝫ falſa adinueniebāt contra me / dicentes me ſeduc-torē. demoniacū. et huiuſmodi (retribue illis)

¶ Quamuis ex paſſiōe mea ſequatur vtilitas toti huma-no generi ad ſalutē. Tribue tamē illis mercedē ſcdm volūtatē malā ⁊ intencōnē operū ipoꝝ) et ſicut ipi red-diderīt michi mala (ita retribue eis) mala. Et hec ideo ɔtingēt eis. Quoniā nō intellexerūt opera domini) in uiſibilia ut verbū carnē factū eſſe (nec ɔſiderauerūt ope-ra manuū eius) viſibilia. ſ. miracula eius que ſufficiens teſtimoniū phibebāt de eo cū a nullo alio taliter fieri poſ ſent. ideo (deſtrues illos) nūc p romanos irreparabili-ter (⁊ nō edificabis eos) poſtea ut ſolebas olim poſt ca-ptiuitates reducē eos ſ; de hac captiuitate nō reducēt. Sciens xp̄us hō ɔplēda eſſe om̄ia q̄ petebat qr iam ex-auditus gratias refert dicens. Benedictus dn̄s qm̄

exaudiuit deuocōnē dep̄cacōnis mee.

Certe exaudiuit me dn̄s qm̄ Adiutor meus ꝛ ꝓtector meus eſt et in ip̄o ſperauit cor meū) in morte(et adiutus ſum)in reſurrectione.

Certe adiutus ſū in reſurrectione. Qm̄ refloruit caro mea) ꝓcedēs de tumulo incorrupta impaſſibilis ꝛ glo= rioſa. vn̄ iam metu mortis conſūpto libera volūtate hila riter et gaudenter p̄ me et fideles meos(confitebor ei) confeſſione laudis.

Merito fideles mei confitebūtur ei qm̄ Fortitudo)in pugna ꝯtra diabolū(eſt plebis ſue)que credit ꝛ confi= dit in eo(et ꝓtector omniū) qui paſſione filij ſui ſūt(re= dempti)tam in p̄ñti q̄ in futuro eos ꝯſeruādo.

Interpello et oro domine ſancte pater ut Populum tuū ad ſalutē)ꝑducas qꝛ et meus eſt qꝛ omnia mea tua ſūt(et benedic ecc̄ie tue)que eſt hereditas tua virtut bꝫ et numero augendo(et rege eos)in hac mortali vita ne declinent ad praua(extolle illos)a terrenis ad ce= leſtia eos glorificādo(eternaliter)

Pſalmus.xxviij. in quo mouentur fideles afferre ſpūales hoſtias deo.

Filij dei afferte domino voſmetip= ſos nō cor= ruptos erroribꝫ qui eſtis filij apoſtoloꝝ q̄ vos genue= rūt p̄ euāgeliū(qui arietes dicūtur)tū quia duces gre= gū fuerūt tū quia duobꝫ cornibꝫ id ē vtriuſqꝫ teſtamē= ti auctoritatibꝫ p̄ualuerūt ꝯtra hereticos et ſup̄ſticōes et idola q̄ dura fronte eos diruentes. Afferte dn̄o) deo prī(gliā)qꝛ ē om̄is creatuē p̄ncipiū(et honorē)qꝛ ē oīs creature finis. qd̄ tūc deo afferimus qn̄ exhibemus nos

tales in quib9 deus honoretur et glorificetur/afferte dño filio qui ē noticia intelligētie paterne(gloriā)p̄dicādo eū equalē eſſe prī/ et oīa opa vr̄a ad eius gloriā dirigēdo(adorate dñm ſpm̄ ſanctū)qui eſt ſanctificator et inhabitator eccīe ſancte ſue. Ideo afferte dño gloriā.
qꝛ Vox xp̄i)tam p ſe q̄ p ſuos fuit(ſup multos populos)ſup quos ipe criſtus rex glorie in hūana natura terribiliter(intonuit)dominacōne futuri iudicij et frangore apoſtolice p̄dicacōīs p vniuerſū mūdū quo mētes hoim ad cōuerſionē cōmouit.

¶ Vox)p̄dicacōnis(dñi)p ſe et p ſuos(in virtute)qꝛ cū operacōne multoꝝ miraculoꝝ(et vox dñi in magnificētia)qꝛ ſimplices et indoctos magnificos fecit i oīni ſapientia cui nō poterāt reſiſtere oīes ſapiētes mūdi.
Vox)p̄dicacōis(dñi)p ſe et p ſuos(quaſi confringētis cedros)quia multos ſublimes et altos diuites et potētes de gentib9 voce ſue p̄dicacōis cōteret(confringet) ad penitētiā et hūiliabit ſb iugo euāgelij et eodē modo (cedros libani)qui ceteris cedris ſūt altiores iudeos ſcilicet qui racōne legis ſe gentib9 ſupiores gloriabūtur confringet ad penitētiā.

¶ Succiſſa atqꝫ confracta in eis ſupbia. Comminuet eos) hūiliādo(tanq̄ vitulū pinguē)ad imitacōnē xp̄i ut ipi etiam ſint parati pro xp̄o mori ſi ſit opus quēadmodū criſtus filius ſecūdū carnē iudeoꝝ fecit pro nobis oīnibus qui iudei ꝓpter eoꝝ ſupbiā dicūtur vnicornes.

¶ Vox)p̄dicacōnis(criſti quaſi intercidentis flammā ignis)qꝛ vicia carnis que concupiſcentias reſecat et ꝓhibet vox p̄dicacōnis p ſuos(commouit)etiā gentiles ad fidē q̄ ideo(deſertū)dicti ſūt quia ſine lege ſine deo/ ſine ꝓphetis fuerāt(commouebit etiā dñs)ad fidem cōuertēdo

iudeos qui dicũtur (deſertũ cades) qđ interp̄tatur ſan=
ctũ legis a quo ſancto legis deſerti ſunt qm̄ ſanctũ le=
gis id eſt ſpũalē intellectũ eius nō habent.
¶ Vox) p̄dicacōnis (xp̄i quaſi p̄parātis ceruos) q̄ tri=
buit ſpiritũ ſapiētie quibuſdā pfectis qui veluti cerui re=
pellũt venenoſas linguas hereticoꝝ et ſicut cerui p ſpi=
nas incedũt ſine leſione ita ip̄i per vanitatē mundi ſine
delectacōne quibus dn̄s (reuelabit ea que alijs ſũt ab=
ſcondita) ſcilicet vmbracula miſterioꝝ ⁊ omēs q̄ ſũt (in
tēplo) ſic ꝯſũmato pro tātis bn̄ficijs (dicēt gloriā dn̄o)
Ideo etiā date gloriā dn̄o quia ſanctos ſuos in eccleſia
quaſi in archa noe ꝯſtitutos. Inter fluctus huius ſe=
culi illeſos inhabitare facit) ſicut ſeruauit inter fluctus
et aquarũ inundacōes exiſtentes i archa noe et deinde
in tēplo (ſedebit dn̄s rex) regnans in eis ⁊ regens eos
uſq; quo deducat eos ad portũ (ſtabilitatis eterne.
Dn̄s virtutē p̄p̄lo ſuo dabit) contra huius mũdi p̄cel=
las et turbines dimicanti ⁊ tandē (dn̄s bn̄dicet populo
ſuo) in eũ credenti et mādata eius obſeruāti (in pace)
eterna in ſeip̄o qui eſt pax noſtra.

¶ Pſalmus .xxix. in quo de reſurrectione xp̄i.
Xp̄s hō gratias agens pro reſurrectione ſua inquit.

Domine ſublimitatē tuā glorioſe (laudabo) ampliādo nomē tuũ p multas gētes
(quoniā ſuſcepiſti me) de morte i reſurrectōne dedicādo
me gloria immortalitatis. et quia nō pmiſiſti diu inimi=
cos meos iudeos ⁊ demones iocũdari (et delectari ſup
me) quia inimici qui letati ſunt in cruce. in reſurrectōne
triſtes effecti ſũt. et deuoti gaudio magno floruerũt.
Dn̄e deus meus clamaui ad te) in paſſione / et ſanaſti

me) in reſurrectōne ab omni corrupcōne et infirmitāte
carnis q̄ꝛ i corpe glorioſo ⁊ immoꝛ̄tali me reſurgē feciſti.
Celeriter o dn̄e. E.duxiſti ab inferis animā meā) cū
alijs aīabꝫ ſanctis q̄ ibi detinebātur( ſaluaſti me de lacu
inferni) vbi ſūt aīe peccatoꝝ ne ſicut illi preceps ca-
derē in moꝛtē. ¶ Quia aūt reſurrectio q̄ p̄ceſſit in capite
ſperatur i mēbris ſic ꝓmiſſuꝫ ē eis hortat̄ ꝓpħa ut agāt
grās deo dicēs. ¶ Ideo vos P sancti dei) has ꝓmiſſio
nes habētes( pſallite dn̄o) bn̄ operādo( et laudate cū)
q̄ꝛ ex ſua bonitate( ⁊ ſanctitate memoꝛ fuit nr̄i ut ſancti
fieret noſ. ¶ Ideo etiā pſallite dn̄o ⁊ ɔfitemini dn̄o. Q̄m
ira eius cito trāſiēs eſt) q̄ꝛ ſi aliqn̄ iraſcatur ſuis ad coꝛ-
rectōnē eſt et i breui tpe( vita) vero( in volūtate eius)
ſiue ꝓpiciacōe eius ē. nō eni vult moꝛtē peccōis ſꝫ ut cō-
uertatur ⁊ viuat. ¶ Huius miſcōie et clementie diuine
ſignū oñdit ꝓpħa dicēs. In tā modico tpe ſicut eſt inter
V eſperū) et matutinū fletus ira dei ad miſcōiam ſi in
veſpere ducat( fletū) peccatores puniēdo cito trāſibit( et
in mane) dabit( leticiā) eos ɔſolādo. E.go aūt in cō-
fidētia diuinitatis) cuius plenitudo habitat i me( dixi)
hoc( nō mouebor) a volūtate dei ſꝫ q̄ placita ſūt ei ſp fa-
ciā. Et ſic ego dixi tu ex grā tua feciſti qm̄( p̄ſtitiſti puri-
tati mee) et innocentie mee( virtutē) ꝑpetue ſtabilitatis
in bono qd̄ nō de hūana natura habeo ſꝫ de tua volūtate
et grā q̄ naturā hūanitatis mee tu diuinitati copulaſti.
Quod patet. q̄ꝛ A. i. auertere viſus es tue diuinitatis
p̄ſentiā a me) qn̄ paſſioni me expoſuiſti infirmitas car-
nis mee( attrita eſt) et ſenſualitas turbata.

¶ Tūc dixi. Ad te) pī( dn̄e) pr̄( clamabo) i articulo paſ
ſionis petēs auxiliū( et ad deū meū dep̄cabor) ꝓ immoꝛ̄tali
tatis glia habēda et ꝓ redēpto ꝓ ipſo moꝛte mea dicēs.

Que vtilitas in effuſione ſanguinis mei) qui ſine cul=
pa mea effuſus eſt ſi nō ſtatim reſurgā aut corpus meū
fueit in ſepulcro (corruptū) corrupcōe putrefactōnis ✓
certe nulla. qꝛ in tali caſu nō fuiſſꝫ credita eius diuinitas
et ꝓ oſequens hoīes nō fuiſſent conſecuti vtilitatē.
Inducēs aliā racōnē ait. ¶ Nunquid ꝯfitebitur tibi) cō=
feſſione laudis (corpus reſolutū in puluerē:) planū eſt
qꝛ non (aut annūciabit veritatē tuā:) certe nō. Vn̄ apli
ceſſauerūt a ꝑdicacōne quādiu fuiſti in ſepulcro.
Gaudēs xp̄us de reſurrectōne ſua ait. Audiuit dn̄s)
me dep̄cantē (et miſtus ē mei) faciēdo me a mortuis re=
ſurgē (dn̄s factus ē adiutor meus) qꝛ nō dedit ſcm ſuū
videre corrupcōnē ſꝫ me dedicauit gloria immoꝛ̄litatis.
Xp̄us exponēs modū quo pater miſtus ē ei ait ad pa
trē. Conuertiſti planctuꝫ meum) quē habui tempore
paſſionis quo dixi triſtis es anima mea uſqꝫ ad mortē
et planctū quo me plangebant apoſtoli et ſancte mu=
lieres (in gaudiū) in reſurrectione mea. et carnē meam
(ſaccū) in quo latebat preciū redēpcōis (ſcidi pmiſiſti)
clauis ⁊ lancea i morte ſꝫ in reſurrectōne mortalitate de=
ſtructa immortalē feciſti ⁊ ita (circū dediſti me) glia im=
mortalitatis cū ſūma (leticia) ¶ Hoc qd̄ michi feciſti.
Cedet in gloriā tuā) erit eni causa ut lauderis a me et
a meis. et vere circū dediſti me leticia qꝛ vlterius (nō ſen=
tiā pūctiones paſſionū) ſicut ante qꝛ mors non dn̄abi=
bitur michi vltra (dn̄e deus meus in eternū laudes) ma
ieſtatis tue (decantabo) per me ⁊ meos.

¶ Pſalmus. xxx. in quo monetur iuſtus ne de ſe
preſumat ſed de dei miſericordia ꝓſumat.
Vox filii ex aſſumpta hūanitate ait. o deus pr.

In te dñe ſperaui ſicut in ꝓtectore fortiſſimo( non ɔfundar in eternū)et ſi tēporalē ſuſtineā ɔfuſionē a iudeis(in iuſticia tua libera me)ut nō ſim detentus in morte· hoc enī exigit tua iuſticia ut cū nō ſim debitor mortis/mortē tñ pro redēpcōne hūana ſuſceperim in morte nō ſim detētus ſ3 celeriter reſuſcitatus exſurgā. Exaudi me humilē· et feſtina ut eruas me)a morte tercia die reſuſcitando ne differes uſq3 in ɔmunē omniū reſurrectionē meā.

O tu deus pater q̄ oīa ſaluas ⁊ protegis. Eſto michi deus ꝓtector ut me vndiq3 tuo valles auxilio)ut nulle iudeoꝝ impugnacōnes me ledāt· ſis michi ſecuritas in qua quieſcā id eſt fac me reſurgere( ut ſaluū me facias)a morte qua ſe iudei putāt me poſſe damnare.

Ideo te et nō aliū quero. Quoniā fortitudo mea)ad tolerandū pſecutores(et refugiū)ad euadendū eos tu michi es(ꝓpter nomen tuū deduces me)id ē facies me tranſire de morte ad vitā de corrupcōne ad incorrupcōnem de pena ad gloriā(et enutries me)multiplicādo et paulatim augendo corpus meū quod eſt eccleſia.

¶Et a Laqueo mortis)quo me omnino pdē iudei ocultis machinabātur inſidijs(educes)bñficio reſurrectōnis fruſtratis oībus iudeoꝝ ɔſilijs contra me ꝑparatis (qr dño ꝓtegēte)nulla poteſt aduerſitas ꝑualere.

¶Poteſtati tue ɔmēdo ſpm̄ meū)cito eū recepturus.

Deinde ꝑplus fidelis xp̄i paſſione redēptus de reſurrectione capitis letus dicit gratias agens(redemiſti me dñe deus veritatis) nō falliēs in ꝓmiſſione· qd̄ enī p ꝓphetas ꝓmiſiſti in tua morte adimpleuiſti.

¶Populū tuū redemiſti ſ3 Odiſti obſeruātes ⁊ amātes vanā beatitudinē)ſcli diuitias· dignitates· gaudia ſeculi·

q̄ vtiq̃ vana ſūt' q̄ talia nō tm̄ vacue ſ(ſupuacue) obſ uātur quādo ita amātur ut celeſtia otēnātur.

¶ Illi obſeruāt vanitates. Ego aūt ſperaui) nō in pecūnia honore aut in aliqua hūane poteſtatis ſblimitate q̄ oīa pereūt(ſ in dn̄o) qui eſt veritas ⁊ vita ⁊ ideo(exultabor et letabor i miſcōia tua) q̄ nō fallit nō in mea iuſticia. Quia miſertus es hūilitatis mee) tā mentis q̄ corpis qua uſq̄ ad mortē me exinaniui ⁊ grata tibi fuit (ſaluaſti a peccatis) a quib⁹ hō ſe ſaluare nequit(aīam meā) immunē ab oīni peccato conſeruādo.

Quia ſic ſaluaſti me ideo ¶ Nec cōcluſiſti me in ptāte diaboli) eū michi dn̄ari pmittēdo ita ut nō reſpirarē in libertatē qui nō habz i me quicq̄ imo(ſtatuiſti i loco ſpacioſo pedes meos) q̄ nō ſolū i iudea ſ p oīa regna mūdi apoſtoli firma fidei ſtabilitate firmati ⁊ ſucceſſores eoꝝ p̄dicāt nomē meū. ¶ Et q̄ licet me nō ocluſeris i manib⁹ inimici inſurgūt tn̄ aduerſus me inſidie multe iudeoꝝ ideo. Miſerere mei qm̄ tribulor) adeo(q̄ turbatus ē in furore) iudeoꝝ ſeuientiū in me(oculus) racōnis mee (affectus) ſenſualitatis(et memoria mea)

¶ Hic turbatus ſū. Quoniā vita mea) tēporalis p longas ⁊ graues paſſiōes uſq̄ ad mortē pducta ē ⁊ oīne tempus quo in hoc ſeculo vixi(defecit) in gemitib⁹ i anguſtijs et ſupplicijs diuerſis.

¶ Infirmata eſt virtus) et confidētia animi(in paupertate) et defectu bonoꝝ et paucitate credentiū qm̄ in p̄ſenti vita plures ſūt peccores in ⁊ fideles/pauci vero ſancti (et firmitas et virtus) q̄ cōpago corpis mei ſuſtinetur debilitata eſt(q̄i deficiēs a vigore ſuo. ¶ Preter p̄dicta turbatus ſū q̄ Factus ſū ſup oīnes inimicos meos) ſcz qui torquētur p ſceleribus ſuis(opprobriū) ⁊ otēptibilis

valde(viciniſ meis)qui i vicinitate fidei appropinq̄=
bant qui licȝ adhuc nō crederēt credere tñ diſponebāt
ȝ videntes me in cruce pependiſſe a credulitatis vicini=
tate remoti ſūt dū pati videbāt quē adorandū eſſe pu=
tauerunt. et etiā factus ſū(timor notis meis)apoſtolis
et diſcipulis meis qui me capto fugerūt.

¶Et etiā illi. Qui)minus ſcripturis credētes(viderūt
me)i cruce poſitū(foras).i.a fide deitatis latētis i me(fu
gerūt)eſtimātes ſpē ſuā morte mea fuiſſe finitā ⁊ ſic(ob
liti ſūt mei tāq̄ a corde eoꝝ mortuus ſum) Et etiā. Fa
ctus ſū)in eſtimacōne pfidoꝝ iudeoꝝ(tanq̄ vas pfo=
ratū)ad nullos vſus vtile ⁊ pōſequēs abiciēdus ⁊ hoc
i deo(qm̄ audiui)et patiēter ſuſtinui(vituperacōnē mul
toꝝ cōmorātiū in circuitu).ſ.circa crucē aſſiſtētiū vel q̄ in
iheruſalē morabātur qui nō cognoſcebāt me eſſe deū.
Dum ſimul cōuenirēt aduerſū me i eo cōſiliati ſūt ut ac
ciperēt)ſeu tollerēt p mortē(vitā meā) Sed cōtra eoꝝ
cōſilia inter hec opprobria ⁊ ſcandala(ego in te ſperaui)
nō in hōie. michil eni ſecurius ē q̄ ſperari i dn̄o(dixi deus
meus es tu)q̄ me creaſti(in diſpoſicōne tua ſūt ſortes)
tā vite q̄ mortis(mee)q2 qn̄ vis viuimus vel morimur.
Et q2 tu es deus meus. Eripe me de poteſtate diabo=
li)et miniſtroꝝ eius qui me odio habent(et a pſequē=
tibus me)qui michi mala inferūt.

¶Illuſtratio reſpectus tui ſuper me ſeruū tuū) ſecunduȝ
formam hūanitatis effulgeat infundēdo gratiam(ſal=
uum me fac)nō in iuſticia mea nō in meritis meis(ȝ in
tua miſericdia nō erubeſcā)exultantibꝰ michi malis ſed ſal
uer ab hijs pſecucōibꝰ(qm̄ inuocaui te)qui potens es
me exaudire. Erubeſcant impij)ſcilicet iudei xp̄m cru
cifigētes ⁊ gentiles qui deū verū nō cognoſcentes idola et

lapides inuocant ut umbris infernalibꝫ ſocietur fac ob mutescere (labia doloſa) q̄ hic garrula ſūt dū nō timent iudiciū. (Que) labia doloſa (locūtur aduerſus iuſtuꝫ) xp̄m iniq̄tatē irridentes crucifixū ꝛ ꝯtēnētes tāq̄ puꝝ hoiem ꝛ pecore ī quo peccauerūt p̄mo (in ſupbia) qꝛ cre atorē ſuū ꝯtēpſerūt. ſecūdo (in abuſione) qꝛ eū cui plurimū debebāt racōne beneficioꝝ crucifixerūt.

Iſta cernens propheta et admirās ait.

(O quā magna multitudo dulcedinis tue deus) o q̄nta glia ī futura beatitudie diſpoſita ſit (electis tuis) plane ineſtimabilis incōprehēſibilis quā mō (abſcōdiſti) in temetipō ut plus deſideretur / in futuro vero patebit. Quā dulcedinē mō abſcōditā (Pōſūmabis) i apto i futura vita hiis q̄ uſq; in finē pſeuerātes (te expectant) q̄ (in ꝯſpectu hoim) nō erubeſcūt cōfiteri qđ credūt ſꝫ fidē ſuā libere ꝯfitētur. (Corā facie tua q̄ nūc abſcōdita eſt hoīibꝫ) tāta pace et quiete fructur electi tui (ut ab omi hūana pturbacōe) in ppetuū ſint ſecuri. Sicut electos tuos ī futuro abſcōdes ita nūc (In tabnaculo) eccie militātis in qua militā exercemus (ꝓteges a ꝯtradictione linguarū) omniū ſciſmatū et hereſū q̄ cōtradicūt veritati xpiane doctrine. In ecclesia eni inuenitur defenſio ſecura ab huiuſmodi contradictione linguarū.

Quia tot facit ſanctis ſuis. (Benedictus dn̄s quoniā mirabilē fecit miſericordiā ſuam) in me (in ciuitate iheruſalē munita) tunc quando me ibi et docere et miracula facere ibi etiam pro hoīm ſalute mori voluiſti ibi quoq; gloriā reſurrectionis mee oſtendiſti ut merito ſit qđ in iheruſalem potentia tua miſericordiā ſuam miram fecit vbi declarare tam ingentia ſacramenta delegiſti.

(Ego) ſtupefactus cū in me horribiliter iudei ſeuirēt

(dixi in ſtupore meo) ita vilis reputatus ſum ut videar eē (piectus a facie oculorum tuorum) id ē a cōſpectu miſericordie tue. ¶ Et q̄ ſic humilē me exhibui ꝛ illi me derelictū ꝛ piectū a te omēs putabāt. Ideo exaudiſti vocem oracōis mee dū clamarē ad te) qñ in cruce dixi deus deus quare me dereliquiſti. quibus clamoribus exauditū eſt cū reſurrectionis gratiā ꝯſecutū ad tuā dexterā me collocaſti. ¶ Xp̄us hō pro collatis ſibi bñficijs ſanctos ꝯmonet ut ament dñm dicēs. Diligite dñm omēs ſancti eius qm̄ veritatē requiret) in iudicio p̄mia diligētibus ſe ꝯferēdo (et retribuet abūdanter ſupbis) ꝯdignā punicōnē. ¶ Ergo vos omēs qui incepiſtis bona opari. Viriliter agite) in inceptis bonis ꝯſtātiſſime pſeuerando ne feminea mollicie deficiatis (et confortetur cor vrm) ne a recto ꝓpoſito aliqua carnis imbecillitate ſeducatur (omēs qui ſperatis in dño)

¶ Pſalmus. xxxi. in quo agitur de penitētia.

¶ Vox prophete.

Beati beatitudine ſpūi (quorū remiſſe ſūt iniquitates ꝛ quorū delcta ſunt peccata) ut a deo nō puniātur amplius ꝓpter ea. Beatus vir cui nō imputabit dñs pccm̄) ad eternaliter puniendū (et nō ē in ſpiritu eius dolus) ſiue fraus ut aliud in labijs aliud in cogitacōne ut cū ſit peccor iuſtū ſe p̄dicet.

Et oñdens q̄ piculoſū ſit pccm̄ celare in ꝯfeſſione ait. ¶ Quomā tacui) a ꝯfeſſione peccatorum meorum (defecerūt in fortitudine omēs vires) mee interiores peccatorū mole depreſſe et debiles facte ſūt ad reſiſtendū peccato (dū clamarē) preſumptuoſe (tota die) me iuſtū. iactando merita mea cū ex me non haberē niſi peccatū. iſte tacuit cōfeſſionē clamauit de meritis preſumptionē ꝛ ſic tacuit

vnde proficeret non tacuit vnde deficeret.

Verū. Quia baculus correctōnis tue me ſupbū tetigit aſſidue) et in ipa aſſidua tribulacōne flagellorum meoꝝ (ↄuerſus) ſū (ad cognoſcēdū miſeriā meā et culpā meā) plāgēdaȝ dū (remorſus ↄſciētie infigit) cordi meo. ¶ Poſtq̄ te iratū m̄ cōperi q̄ȝ tacuerā nō vlterius tacui. ſȝ Delictū meū) obmiſſionis (ↄgnitū tibi feci) p verā ↄfeſſionē ꝛ ſatiſfactionē (et iniuſticiā meā) quā cōmiſi faciēdo nō faciēda (nō abſcōdi) ſȝ apui ut operires tu. detexi ut tegēs tu. ¶ Propoſui ↄfiteri iniuſticiā meā dn̄o) accuſando ꝛ dānādo me nō alios (et tu) miſericorditer (indulſiſti impietatē pcci mei) ¶ Pro hac) peccorū remiſſione ꝛ venia (orabit ad te omis ſanctus) ut eā ſibi valeat impetrare q̄ȝ nemo ē hic a peccatis immunis. vn̄ nullus ſanctorū ē qui aſſidue nō dicat dimitte nobiſ debita nr̄a. orandū aūt eſt (in tpe oportuno) ſcȝ gratie et vite preſentis q̄ȝ in alia vita nemo pficue cōfitetur.

¶ Verūtamē) et ſi ſanctus orat pro venia peccatorū et etiā in tēpore oportuno. illi tamē qui (ſūt defluētes ꝛ natantes in carnalibꝫ concupiſcentijs) vel erroribꝫ diuerſarū ſectarū (nō approximabunt ad deū) q̄ȝ errores ſequūtur niſi prius aqua ↄfeſſionis peccatorū ꝛ humiliacōnis cordis mundētur.

¶ Merito ſancti orare debent. q̄ȝ Tu es refugiū meum a tribulacōne) huius ſeculi vel peccatorū (que circūdedit me exultatio mea) cuius ope ſubſiſto cuius ſemp preſidio tutus ſum ī cuius ſpei ↄſolacōne requieſco (erue me a circūdantibꝫ me) demonibꝫ et malis hominibꝫ querētibus me impellere ad recidiuū.

¶ Reſpondet dn̄s peticōni penitētis.

Intellectum tibi dabo) ad cognoſcendū agenda (et

inſtruã te( vitare vitanda(in via hac) mandatorũ dei (qua gradieris firmabo ſup te oculos miſe͛die mee)te ꝓtegendo ne aliquis tibi nocere poſſit·

¶Illuminatus vero iã penitẽs cõuertit ſe ad alios ſuperbos peccata ſua defendẽtes monens eos ad penitentiam dicẽs· o vos peccatores ¶Nolite fieri ſupbi ſic̃ equus) qui erecta ceruice incedit· aut ſtolidi ⁊ pigri (ſicut mulus quibꝫ nõ eſt intellectus) ſed ſequũtur appetitũ ſenſualẽ viuẽtes vita brutali. ¶Penitẽs dolẽs de ꝑdicõne taliũ hoĩm qui more brutorũ animaliũ viuũt orat ut nolentes acq̇eſcere arceãtur flagellis ad acquieſcẽdũ dicens. In chamo ⁊ freno)· ſ. maiori ⁊ minori tribulacõe ſecũdũ diuerſitatẽ culparũ· et ꝑſonarũ( ſupbiã ⁊ ↄtumaciã cõſtringe) et ↄtunde iactantiã eoꝝ (qui nõ approximant ad te) humiliãdo ſe et obediẽdo ad nutũ.

¶Bene monui vos nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus· quia Multa ſũt flagella peccatoribꝫ) ꝓparata hic ⁊ in futuro maxime vbi peccatoribꝫ obſtinatis grauiſſima ſũt reſuata (ſperãtes aũt ĩ dño) vera ſpe (miſe͛dia circũdabit) vndiqꝫ ne ſit locus hoſti ad intrãdũ. ¶Qua miſericordia dicitur circũdare ſperantes in dño/ ꝓpha inuitat iuſtos ad exultandũ dicens· o vos iuſti quibꝫ iudicia dei placent. Letamini in dño) qui iuſte oĩbꝫ retribuit gaudio interiori (et exultate) gaudio exteriori (et vos recti corde) qui ↄformatis voluntatẽ vr̃am volũtati diuine (gloriamini) in dño oĩa bona opa vr̃a ad gloriã dei referẽtes.

## ¶Pſalmus· xxxij· in quo propheta exhortatur fideles laudare deũ.

**Exultate o iuſti in domino** nō in mūdo
alias nō eſſetis iuſti. Nō eni ē iuſtus q̄ nō gaudet in iu-
ſticia. deus aūt iuſtus ē ꝛ iuſticias diligit. et declarans
quoꝝ laudatio ſit deo accepta ſubiūgit dicēs (rectos
decet collaudatio) recti aūt dicūtur q̄ ꝯformātur volūta
ti diuine q̄ eſt ꝑma regula rectitudinis a qua qui deuiat
diſtortus ꝛ curuus ē. ¶ Circa modū laudādi deū ꝓpheta
deſcribēs inſtrumēta muſice ſpūalis quibꝫ dn̄e laudes
ſūt cantāde dicit. (Laudate dn̄m ī cithara). i. in ope-
ribꝫ actiue vite (et ī pſalterio) id ē in operibꝫ ꝯtēplati-
ue vite q̄ ſurſū in deū tendit p obſeruātiā decē ꝑceptoꝝ.
(Cantate ei canticum) grate qđ nouus homo nouus
rex attulit mūdo. cantate ei q̄ incarnatus eſt / cantate q̄
natus eſt nobis. cantate q̄ nouā legē dedit mūdo. cā-
tate quia paſſus ē. cantate q̄ reſurrexit. quia aſcendit
et ſedet ad dexterā prīs. noua ſūt oīa iſta cantica ꝛ a p̄-
oribꝫ inaudita (bene pſallite) ei bonis opibꝫ (leticia ma-
iori q̄ poteſtis. (Cātate) dico (dn̄o qm̄ verbū) ꝓmiſſio-
nis eius verū eſt in oībꝫ et nullū fallit (et oīa opa eiꝰ
fidelia) nichil eni ꝓmittit ſanctis ſuis qđ nō reddat.
Bene dixi rectū ē verbū dn̄i. q̄ (Diligit miſericordiā)
et vbiqꝫ lōge lateqꝫ diſſeminat videlicꝫ vbi ſuſtinet pec
catores. vbi blaſphemos patiēter exſpectat. vbi vitam
ꝑſtat indignis. ꝛ hiis ſimilibꝫ. diligit q̄ꝫ (iudiciū) cū pi-
os ſequeſtrat ab impiis ꝛ eoꝝ merita equitatis q̄lita-
te diſcernit (miſericordia dn̄i plena ē terra) vbiqꝫ terra
rū ꝑdicata eſt. vbiqꝫ a dn̄o ꝯceſſa eſt penitētibꝫ remiſſio
peccatoꝝ. in oīn re apparet eius miſcđia quia oīa ex
volūtate et miſericordia eius dependent.
¶ Laudādus eſt deus racōne poteſtatis cūcta creātis. nā

Verbo dñi celi) id ẽ filio dei patris (firmati ſũt) ſta-
biles et incorruptibiles facti (et ſpũ ſancto) qui ꝓcedit
a filio q̃ eſt os pr̃is (om̃is virtus eoꝝ) regẽdi ꝛ influẽ-
di ſup iſta inferiora. ¶ Jtẽ ipe eſt q̃ (Aquas maris) q̃
primo erãt diffuſe (cõgregauit ĩ vnũ locũ ſicut in vtre)
quia mare litorib⁹ clauſit ꝛ coartauit (ponit etiã in cõca-
uitatib⁹ occultis) ſiue viſcerib⁹ terre (abiſſos) id ẽ co-
pioſitates immenſas aquarũ.

¶ Quia aũt tã potẽs eſt dñs. (Timeat eum) timore filiali
(om̃is homo et ab eo cõmoueãtur) et ſi nõ amore ſaltẽ ti-
more om̃s peccatores terre de ſtatu peccati ad penitẽtiã.
Jdeo ipm timeãt cũcta. (Qm̃ eius imperio et iuſſu fa-
cta ſunt) et ſicut ſimplici voluntate ſua om̃ia creauit de
nichilo ita poteſt ad nichilũ cuncta redigere.

¶ Timẽdus etiã et laudãdus ẽ dñs qm̃ ipe ẽ ita potẽs qꝫ
(Diſſipat) nõ tantũ facta ſꝫ (conſilia) ſecreta (gentiũ)
ut nõ habeãt effectũ ſecũdũ qꝫ cõſiliator. ſed ſecundũ qꝫ
deus diſponit/ ſpiritualiter diſſipauit cõſilia volentiũ diſſi-
pare legem xp̃i (reprobat cogitacões populorũ) ut fe-
cit de cogitacõnib⁹ iudeoꝝ qui cogitauerũt ipm inter-
ficiendo nomẽ xp̃ianũ extinguere de terra (et reprobat
cõſilia principũ) tirãnorũ inſurgẽtiũ contra eccleſiã quia
non eſt in poteſtate eorũ qꝫ ſecundũ intentũ aſſequãtur
effectũ ſed in ordinacõe diuina. (Conſiliũ aũt dñi) qđ
intelligimus incarnacõnis archanũ qđ ad cõſulendum
humano generi conſtat eſſe cõceſſuꝫ nulla etate diſſol-
uitur ſed (in eternũ ſtat. et diſpoſicões ſapiẽtie eius) nõ
ſunt mutabiles ſed (in ſempiternũ ſtant)

¶ Beata ergo gens cuius eſt dñs deus eius) p verã fi-
dem ꝛ verũ cultũ (populus quẽ elegit) electiõe pdeſti-
nacõis q̃ infallibiliter cõſequetur effectũ in poſſeſſionẽ

ꝓpetuā tanq̄ (hereditatē ſibi)
¶ Bene beata gens illa q̄ Dn̄s de altitudīe ſue maie-
ſtatis reſpexit) oculo miſcdie mittēdo ei filiū ſuū incar-
nādū (vidit) miſericorditer (oms filios hoim) ptinētes
ad corpus filij ſui amādo ⁊ approbādo. De habitacu
lo) aſſumpte hūanitatis in q̄ habitat omis plenitudo
diuinitatis qd ab inicio in pdeſtinacōe (pparatū ſiue diſ
poſitū eſt) ad ſalutē mūdi· cepit tn̄ in tēpore eſſe p mariā
virginē naſcēdo (reſpexit) miſericorditer ut preſit illis
ad regendū omes (qui habitāt p omes ptes terre)
¶ Vere reſpexit omes q̄ ipe eſt. Qui finxit) ſiue forma
uit (omes animas) in ſingulis hominibꝫ ex nichilo p ſe
ipm nō ex vna omes nec ex ſua ſubſtantia ut quidā he
retici dixerūt et ex hoc concludēs ait (qui intelligit oia
opera eoꝝ) tā bona q̄ mala ⁊ nō tantū opera ſꝫ etiā eoꝝ
cogitacōes plene cognoſcit. ¶ Ceterū colēdus ē de9 qm̄
ipe ē a quo omis ſalus tā ſpūalis q̄ corpalis pēdet q̄
Nō ſaluabit rex p multā ỽtutē) ſui exercitus niſi aſſi
ſtat ſibi diuinū auxiliū (et gigas nō ſaluabit in multitu
dine virtū corpis ſui) niſi diuina virtute ſit adiutus.
¶ Equus etiā ē fallax ad ſalutē) ſepe fallit ſeſſori ſuo
et ita (p abūdantiā fortitudinis ſue) ſeſſor eius nō ſalua
tur ſꝫ ſpe eū ad ruinā ⁊ interitū terre collidit ⁊ ita ſupba
potētia mudane felicitatis fallit ⁊ ad interitū eterne dā
nacōis pducit. ¶ Cū ergo nullus ī ỽtute ſua ſaluat᷑ vn̄
q̄renda ē ſalus· reſpondet pp̄ha q̄ a deo dicēs. Ecce
oculi dn̄i) id ē reſpectus miſericordie ſue eſt qui ſaluat
et protegit· qui oculi ſūt (ſup timentes eū) et amātes et
nō ſup de ſe preſumētes ut eos diligēter cuſtodiat (⁊ in
eis qui ſperāt) nō in viribꝫ ſuis aut meritis (ſed in miſeri
cordia eius. ¶ Oculi dn̄i ſunt ſup timentes eum. Vt

tandē eruat eos a morte) id ē a poteſtate diaboli quod facit cū p indulgentiā efficit liberos quos pēcī dānatio fecerat eē captiuos (et alat eos) ſempiterne veritatis pane nutriēdo. ¶ Ideoq̃. Aia nr̄a interim ſuſtinet dn̄m) patienter exſpectās pmiſſionē eius. et poteſt ſuſtinere (qm̄ dn̄s adiutor) noſter ad bonū (et ptector) ɔtra malū (noſter ē) ¶ Ideo ſuſtinēdū. Quia) tūc in alia vita cū pro operibꝫ pmia ſuſcipiemus plene (letabitur cor nr̄m in eo) ⁊ interim (ſperabimus) nō in meritis nr̄is ſed (in filio ſuo ſancto) et bn̄dicto ſaluatore nr̄o q̄ cūctos ſaluat ſperātes in ſe. ¶ Speravimus ⁊ ideo. Fiat miſericordia tua ſup nos quēadmodū ſperauimus in miſericordia tua) nō in potentia aut in iuſticia noſtra.

¶ Pſalmus. xxxiij. i quo de mutacōe veteris ſacrificij i nouū Vox pphete in pſona omniū electorū.

Benedicam dn̄m corde ⁊ ope (in omni tpe) pſpe̅itatis ⁊ aduerſitatis nec p aliquo timore tacebo (aſſidue) tēporibꝫ oportunis (laus eius in ore meo) In dn̄o laudabitur aīa mea) nō in ſapiētia mūdi aut ſublimitate vborū ſʒ in dn̄o a quo ē oīe qd laudabile ē in me (audiāt) hoc (māſueti) qui. ſ. tēperātiā habent omniū rerū (et letentur) qꝛ habēt me ſociū laudantē ⁊ bn̄dicentē ut ſint participes remuneracōnis eterne. Et ideo pphetā ex feruore caritatis ſbiūgit. o māſueti. Magnificate dn̄m mecū) laudādo eum ⁊ pdicādo magnū eſſe (et exaltandū pdicemus) cultū nominis eius recorditer.

¶ Merito inuitaui vos ad magnificādū deū qm̄ plurimū vtilitatis inde michi puenit. Exquiſiui enim dn̄m) in oratione (et exaudiuit me ⁊ eripuit me) hic (a multis

tribulacōnibꝫ) ſʒ vniuerſaliter eripiet ab omībꝫ in futu=
ro cū mortale hoc induerit immortalitatē.
¶Quo circa. Accedite) ad nouū ſacrificij cōmunionē paſ
ſionibꝫ mētis ꝑ cognicōnē et deuocōnē( et illuminami=
ni) ab eo q̄ eſt lux vera( et facies veſtre nō patientur re=
pulſā) in oracōībꝫ ſuis nec fruſtrabūtur mercede ſua.
¶Vere accedentes. cū deuocōne ad eū nō cōfundētur qm̄
ego. Iſte pauꝑ) ſpū( clamauit) in oracōne( et dn̄s exau=
diuit me. et ex omībꝫ tribulacōībꝫ meis eripiet me) in
obitu tranſeuntē ad ſe. ¶Saluauit quidē quia magni cō=
ſilij angelus ihus xp̄us. Immittet ſplendorē ſui lu=
minis) ꝓtegēdo( in circuitu timentiū eū ⁊ eripiet eos)
ab omni impugnacōne demonū et hoſtiū ceterorū.
Hortās ꝓpheta fideles ad pcipiendā ſanctiſſimā cōmu=
nicacōnē corporis ⁊ ſanguinis xp̄i ait. Guſtate) dn̄ici cor
poris refectionē( videte) id ē intelligite( qm̄ ſuauis eſt
dn̄s) palato cordis q̄ peccata dimittit ⁊ hoīes v̄tutibus
ornat ⁊ tandē confert vitā eternā. et quia talis ē beatus vir
qui nō in legalibꝫ ſacrificijs ſʒ qui( ſperat in eo) .ſ. dn̄o/
miſer qui ſperat in ſe vel hoībꝫ ſʒ qui in dn̄o iā beatus ē
quia eū iam habet ſpe qui eſt omē bonū.
¶Suauis aūt dn̄s ſuauis fit. Timete tn̄ dn̄m) timore fi
liali cauete offendē eū( oēs ſancti eius. qm̄ nō ē inopia
timētibꝫ deū) p̄ntia enī xp̄i ꝑ grām quā in ſe ſentiūt timē
tes eū ſufficit eis ꝓ omni bono imo alia bona eis diſſipi
unt niſi q̄ntū necītas exigit. ¶Nō ē inopia ſpūalis ⁊ ve=
ri boni timētibꝫ deū ſʒ Diuites) ſcꝫ ſupbi deū nō timen=
tes( eguerūt) mētali refectōe( et eſurierūt) quia minime dn̄i cor
pis ſatiātur. o quot multi magnas copias diuitiaꝝ habēt
in ſclō et ſaturati ventre q̄ paupes ſūt fide ipa( inqrētes
aūt dn̄m) toto corde fide ⁊ deuocōe( nō minuētur ꝑfecto

bono) q: ſpūalia habebūt ad votū et tēporale ad neceſſi
tatē. Nā cū diligimus deū in ipo oīa reperimus. vn⁹
eſt q̄ queritur ſʒ i quo oīa otinētur. o lucrū mirabile. o
opēdiū ſingulare. cur nos p diuerſa fatigamuſ: ad ipm
ergo vnanimiter feſtinemus poſt quē bona cūcta nō q̄-
remus ſʒ tenemus. ¶ Ne aliquis ptendat ignorātiā ti-
moris dei pplexta ſubiūgit de hoc doctrinā dicēs. Ue
nite filij) p deſideriū diſciplie (audite me timorē) filia
lē (dñi) qui ē initiū ſapiētie ſcōʒ (docebo vos) Quis ē
hō qui vult vitā) beatā in qua nullus moritur (et diligit
dies videre bonos) pſperos eternos i quib; iocūde-
tur cū ſanctis in regno dei: faciat ſupple qd ſequitur.
¶ Prohibe linguā tuā a malo) blaſphemie detractio-
nis infamacōis et oracōis (et labia tua ne loquātur de-
cepcōes et falſitates) otra pximū. Declina diuerte a
malo) opere et (fac bonū inquire) cū magno deſiderio
(pacē) q ſūmū bonū ē in hac vita et pſeuerāter (pſeque
re eā) bonis opib; quouſqʒ ad pacē eternā ptingas.
Et hoc i deo. q: Oculi dñe pietatis otēplātur iuſtos)
tanq̄ ſpūaliter dilectos et (aures eius) parate ſiit ad
exaudiēdū eos ut qd petiit det eis. ¶ Expoſita iuſtorū
gr̄a oūtitur ad penas maloꝝ. Uultus aūt) ire et in-
dignacōis (dei ſup facientes mala) ad puniendū eos et
pdendū eos ſic (ut nō remaneat i terra inter iuſtos ulla
eoꝝ ōmemoracō) ¶ Vere ocli dñi ſup iuſtoſ. qm Cla
mauerūt iuſti) ātiq̄ ſic abrahā et ceteri iuſti orādo p libe-
racōe ſua (dñs exaudiuit eos) pmouēdo i boniſ (ex
oīb; tribulacōib; liberauit eos) ptegēdo eoſ a maliſ
ſpūalib; aliqn̄ etiā a corpalib; ut tres pueros i camio
daniclē i lacu leonū cetera. Nō ē mirādū ſi dñs exau
dit iuſtoſ. qm Juxta ē dñs) nō loco q: de⁹ nō ē localis ſʒ

auxilio paratus ad ſbueniendū vel liberādo eos vel vir tutē paciētie tribuēdo ad maius eorum meritū (et hūiles ſpiritu ſaluabit) qm̄ ipsorum eſt regnū celorum.
Dico hūiles ſaluabit nō vtiqz ut michil hic patiātur· quia (Multe tribulacōes iuſtorū) quia a diabolo et ab inui=dis hominibꝰ ſiue ex ꝓpriis paſſionibꝰ ſepe affligūtur hoc pmittēte deo ut p paciētie meritū veniāt ad maius pmiū ſꝫ in futuro (de omībꝰ hijs liberauit eos dn̄s) qm̄ abſter=get deus omnē lacrimā ab oculis ſanctorū ſuorū.
Interim in electis ſuis. (Oſſa) ſcꝫ firmamēta fidei pa=tiētiā ⁊ alias ꝟtutes illeſa finaliter (cuſtodit vnū ex hijs ſ nō pibit in eis) nō māſuetudo p irā quia nō murmur reſo=nat nō paciētia p iniuſticiā imo in patiētia poſſidebunt animas ſuas. ¶ Nō ſic erit de malis· quia (Mors pecca=rū peſſima) mors corpis mala ideo quia ē pꝰuacō corpalis vite· mors ſpūalis q̄ eſt pꝰuacō vite grē peior quāto vita grē eſt melior vita nature/ ſꝫ tn̄ nō ē peſſima qm̄ peccator eſt in pn̄ti vita in qua pt redire ad ſpūalē p penitentiā ſꝫ mors gehenne eſt peſſima/ a qua nō eſt poſſibilis reuer=ſio· ⁊ horum peccorū potiſſime mors erit peſſima (qui oderūt iuſtū) xp̄m dn̄m nr̄m qui p excellētiā dicitur iuſtus.
Mors aūt iuſtorū nō ſic· qm̄ (Redimet dn̄s aīas ſuorū ſuorū) pcio mortis ſue qm̄ q̄ in ipm recte crediderint a peccorū debita captiuitate redimentur (⁊ nō delinquent) finaliter qui ſpe caritate formata (ſperāt in eo) qui eſt re miſſio peccatorum.

¶ Pſalmus· xxxiiij· in quo de criſti paſſione.
¶ Vox xp̄i ex pte hūanitatis cōquerētis de iudeis ⁊ vl=tionē expetētis de eorum inhūaniſſima pſecucōne ait.

Iudica dñe iudicio cōdēnationis iudeos (nocētes me) reddēdo eis ſecundū opa eoꝝ (et expugna) deuince (impugnantes me) iniuſte. ¶ Expugna inquā et ad hoc. Apphende arma) pro me ad impugnādū dādo nobꝭ v̄tutes quibꝫ inimicos arceamus et opprimamus (ſcutū) ad ꝓtegendū dādo nobꝭ v̄tutes quibꝫ poſſimus ictus inimicoꝝ repellē (exſurge) manifeſte (in adiutoriū m̄) p̄ſentialiter michi ſuccurre. Effunde framea gladiū) ire tue in iudeos mitte: titū ⁊ veſpaſianū quibꝫ pdātur i vindictā meā (cōclude eos) tāta hoſtiū multitudie ut nec vnus quidē de ciuitate egredi vel ingredi poſſit ſꝫ ibi fame ↄſumantur (q̄ pſequūtur me) fac manifeſtū p effectū (aīe mee ꝙ tu ēs ſalus eius. Cōfundātur) ↄfuſione mala (et timore horreſcant q̄ ſatagūt auferre vitā meā) Auertātur) a deo ut ſint (retrorſū) nō valētes pficere qđ intēdūt ſꝫ deficiāt in poſterius (et ↄfundātur) de pccis ſuis (cogitantes mala ↄtra me) Fiant tanq̄ puluis) ut ſicut puluiſ nō pt reſiſtere ventis ita nec ipi hoſtibꝫ (et angelus malus) vbicūqꝫ fuerint ſemp eos (affligat ⁊ eis dñetur) Fiat via eoꝝ tenebroſa) ut nō videāt quo fugē poſſint (et lubricoſa) ut fugientes cadāt (et angelus dñi pſequens eos) et cogens ut facile capiātur.

¶ Et hoc ideo. Qm̄ ſine cauſa) cū michil mali eis feciſſē (abſconderūt michi) iudei (inſidias) latēter ſic auceps cū rethe inſidiatur aui ut me occiderēt (et ſine aliq̄ eoꝝ vtilitate exprobauerīt aīam meā) opprobria michi mēdaciter inferētes. Veniat illi laqueus quē ignorat) a que9 captiuitatis) p rōnos pncipes (quē ignorāt veniat illis ⁊ fraus q̄) apđ ſe (occulte diſpoſuerāt) ut me occulte ⁊ improuiſe caperēt (apphēdat eos) ⁊ ſbito ⁊ improuiſe capiātur (et in laqueū eūdē

moꝛtis)q̄ue michi moliebātur(cadāt ipi) ¶ Hec ꝑdi=
cta illis fiet. Aīa aūt mea in dño) a malis oībꝫ libe=
rata(exultabit i dño)recognoſcēdo a deo ſuſcepta bn̄=
ficia(et delectabit᷑ in ſaluacōe q̄ ſaluata ē in reſurrecti=
one. Ls,etabūtur)etiā mei i reſurrectōe mea qm̄( oīa
oſſa)id ē apli ꝛ ꝑdicatoꝛes foꝛtioꝛa mēbra coꝛpis mei le
tabūtur gr̄as agētes q̄ poſt reſurrectōnē vbiqꝫ terrarū
laudabūt ꝛ ꝑdicabūt(dicētes dn̄e q̄s ſimilis tui)nullus.
Quoniā tu es. Qui eripuit)genus hūanū cui nō erat
adiutoꝛ(de poteſtate diaboli et membroꝝ)qui naturali
ter foꝛtioꝛes ſūt hoīe ꝛ idē genus hūanū(egenū)ſapi=
entia et(paupem)ṽtutibꝫ(eripuit)a poteſtatibꝫ tene=
brarū quarū tāta ē poteſtas ut poſſent(diripe)paupes
tuos niſi tu adiuues. Surgētes teſtes iniq̄)ſiē pn̄cipes
iudeoꝝ ꝛ inducti ab eis(interrogabāt me) ut poſſent
extoꝛquē aliqđ verbū aut factū dignū repꝛhenſione qđ
ſciētia approbacōis(ignoꝛabā)·i· qđ nūq̄ ſciuiſſem fa=
cere. ¶ De ipoꝝ ingratitudie ſbiūgens ait. Retribuāt
m̄ mala ꝑ bonis)factis tā i veteri teſtamēto q̄ꝛ in nouo·
ego attuli eis vitā ipi moꝛtē retribuerūt·ego honoꝛes·
ipi ꝯtumelias· ego medicinā·ipi vulnera· cū tn̄ cibꝫ me=
us eēt fides ꝛ ſalus eoꝝ· in oībꝫ hijs retribuebāt(ſte
rilitatē aīe mee)q꞉ in eis fructū fidei repire nō potui.
Illi retribuebāt michi mala. Ego aūt cū michi mole
ſti eſſent)et i me ſeuirēt(indutus cilicio)carnis hūane
ſimilis alijs hoīibꝫ nō exercui potētiā diuinitatis i eos ſꝫ
mag̍ q̄ſi vn9 de peccoꝛibꝫ r̄putatus oīa paciēter ſuſtinui.
Affligebar i aīa mea ieiunio)eo q̄ꝛ nulla bona opa in
iudeis inuenirē q̄ in epulas ſpūales aſſumerē q̄ tn̄ eſuri
ebā ꝛ ſitiebā ſalutē eoꝝ ꝛ nichilominus(oꝛacō mea)ex
quo deteſtabiles iudei ſuſcipe nō merentur(in ſecretum

peccatoris mei vnde fuerat egreſſa remeabat)
Licet michi moleſti forēt iudei ego tn̄. Sic michi cōpla
cebā in eis habēdo me ad eos ſicˀ ad (ꝓximū) et ſic ad
(fratrē) qn̄ eos docebā ne delinquerēt. qn̄ ꝓ ipis in cruce
poſitus ſupplicabā et tn̄ cū nollēt cōuti ego ſic humiliabar
q̄ ꝑ (lugēs) filiū et (contriſtatus) de morte filij mei ſic af
fligebar de ꝑdicōe eoꝝ. his nō obſtātibꝫ ipi iudei in
grati ⁊ maliuoli impia libertate (letati ſūt) i. hijs q̄ in aduer
ſa fuerūt (conuenerūt i vnā ꝓuā volūtatē) ut me op̄ ihēſū cru
cifigerēt (parata ſūt ſup me varia tormēta ⁊ ignorabā)
quaé hoc m̄ faciebāt q̄ ſ nō ꝓmerui. Diſſipati ſūt) i.
diſſoluti ⁊ attoniti viſis miraculis i paſſiōe dn̄i. ſol tene
bras accepit. terra tremuit velū tēpli ſciſſuꝫ ē. nec tn̄ pre
duricia cordis (cōpūcti ſūt) de ſua iniq̄tate ad ꝑ mtētiā ſꝫ
(tēptauerūt me) dicētes ſi filiꝰ dei es deſcēde nūc de cruce
(et ſubſannauerūt) deridētes (me) dicētes vah q̄ deſtruis
tēplū et i tribꝫ diebꝫ reedificas illō ⁊ cetera (frenduerūt
ſup me dētibꝫ ſuis) fer mō ⁊ beſtiali more i me ſeuiētes.
Hec m̄ illi faciūt ſꝫ o Dn̄e qn̄ reſpicies me) ocl'o tue pi
etatis et miſcdie ut me reſuſcites: oro nō diu differas ſꝫ
(reſtitue) tercia die (aīaꝫ meā) corpi meo (ꝓpter malig
natē iudeoꝝ) q̄ morte volūt cōcludi ⁊ detineri. ⁊ a ſupbia
eoꝝ q̄ ut leones ſeuiūt libera (vnicā meā) i. carnē meā q̄
licꝫ ſit ſilis alioꝝ hoīm carni. vnica tn̄ dicit q̄ de ꝟgine.
q̄ ſine pcc̄o. q̄ vnita filio dei. Reſtitue dico aīaꝫ meā ⁊
ſi hoc feceris. Laudabo te) grās agēs (in ecc̄ia ma
gna) q̄ de oībꝫ gētibꝫ collecta ē (et i ꝑplo graui) pōde
ratū ꝟtutibꝫ ac graue et honeſtū bonis opibꝫ ⁊ ſtabili ꝑ
ꝟtutē quē nō mouet ventus tēptacōis (laudabo te)
Nō ſup gaudeāt m̄) nō letētur ſup me (q̄ aduerſātur m̄
iniq̄) q̄ victores. qō facerēt m̄ ſi mortuus reſurgerē qui

oderunt me (ſine cauſa et annuūt oculis) nutibus et ſignis me diligē ſimulātes vel alios ↄcitātes et ꝓuocātes ad deriſionē mei. ¶ Vere annuūt in oculis ut ipocrite oſtendentes nephāda doloſitate vultu et v̄bis qd̄ nō habēt in corde. (Qm̄ mihi quidē pacifice loquebātur) dicētes magiſter ſcimus qꝛ verax es et viā dei in veritate doces et cetera hec et ſimilia v̄ba pacifica ſūt ſ; ſub adulacōis figura dolū ↄtinebāt (et in iracūdia graui quā de terra nō ꝑdenda habebāt) .ſ. ne ꝑderēt locū et gentē loqn̄tes (dolos cogitabāt) quō me occiderēt. (Et dilatauerūt) in paſſione (ſuꝑ me os ſuū) nō iā annuētes oculis ſ; libera et apta voce mortē inclamātes crucifige crucifige eū / o ſceleſte facinuſ. negauit iudex fieri. qd̄ ꝓplius clamabat impleri. ↄſeqn̄ter i ipa morte (dixerūt) inſultādo et irridendo (euge euge iā viderūt oculi nr̄i) facta tua et mirabilia qꝛ nichil ſūt ā doloſa. vidimus iā qd̄ de te deſiderauimus efficē ut ſuaſor plebis cū latronibus i cruce penderes. (Vidiſti dn̄e) impietatē eoꝝ q̄ crudeles ſint illi michi. vidiſti eoꝝ neq̄ciā et meā innocētiā et ideo (ne ſileas) ſ; profer ſentētiā (ne diſcedas) a me in paſſione ſubtrahendo michi auxiliū.

¶ Nō diſcedas a me dn̄e ſancte pr̄ ſ; potiuſ. (Exurge) oſtendēdo potentiā tuā qi dormire videris diſſimulādo et (intende iudicio) quo iudicatus ſū a iudeis et ↄſidera quale iudiciū ſit / iudiciū ſine iure. tormēta ſine ſcelere. mortē ſine peccato (dn̄e deus meus intēde i cauſaꝫ meā) pro qua patior q̄ pia eſt qꝛ pro redēpcōne humani gēris patior et morior nō pro peccatis meis.

¶ Iudica me ſecundū iuſticiā tuā) que nō ↄdēnat innocētes ſed impios. et oſtende me iuſtū et innocentē faciens me tercia die reſuſcitari (et nō ſuꝑgaudeāt michi qui

victores i cauſa qui gaudēt me op̄ hendiſſe et morti tra
didiſſe. ¶ Oro inſup. ¶ Nō dicāt in cordib⁊ ſuis euge
euge anime nr̄e) id eſt bn̄ bene eſt nobis q͛ fecimus qd̄
voluimus. occidimus. oſtende eis me tercia die reſuſci
tando q᷑ michil fecerint et ut nō gaudeāt dicentes (de=
uorauimus) et extinximus nomen eius.
Sz potius in clarificacōne reſurrectionis mee) E. ru=
beſcāt) tanq̄ fruſtrati intencōe ſua peſſima (timeāt oēs
ſimul) penā ⁊ repētinū interitū (q̄ gratulāt᷑ malis meis)
I nduātur cōfuſione) hic (et erubeſcentia) ſine timore
ex omni parte (qui maligna loquūtur ſup me)
Econtra orat xp̄us p fidelib⁊ adherentib⁊ ſibi dicens.
E. xultēt) exterius (et letētur) interius (q̄ volūt iuſti=
ciā meā) imitari (et dicāt ſemp magnificetur dn̄s q̄ dili=
gunt pacē) quā ego ſuus dei poſui mea morte inter deū
et hoiem. E. t lingua mea) .i. ſancti mei p quos qͥ per
ppriā linguā meas in ecc̄ia denūcio volūtates (medita=
bitur iuſticiā tuā) nouā legē p dicādo et (tota die) p̄n̄tis
vite (te laudabilē in ecc̄ia annūciabit)

¶ Pſalmus. xxxv. in quo oſtēditur mala
nobis / bona vero attribuenda eſſe deo.

Duo ſūt genera peccantiū vnū qd̄ credens legi p infir=
mitatē tn̄ carnis que ſunt iuſſa legis nō oplet. Aliud eſt
genus peius ſc; audax quod ſibi ppōit libera mente
peccare et de iſto pplexta loquens ait.

D Ixit iniuſtus id eſt deliberauit et ſtatuit (in corde ſuo) et decreuit
apud ſe ut delinquat ut ſemp peccet obduratū cor habēs
et hoc ideo (q͛ nō ē timor dei) qui ē frenū peccāti (añ ocu
los eius) ¶ Et hoc patet. Q. m̄ doloſe egit i cōſpectu ei=
us) q͛ cū ſciret deū oīa videē timore tn̄ eius poſtpoſito

et lege eius contempta deliberauit in corde ſuo peccare quaẽ cũ ꝓpria volũtate nullo impellẽte peccet (iniquitas eius odio habetur) apud deũ ad vindictã ſempiternã. ❡ **V**erba oris iniuſti ſiue iniq̃) .ſ. iudei vel heretici cuiuſlibꝫ (plena ſũt iniq̃tate) quo ad aperta mala (ꝛ dolo) quo ad occulta ꝛ hoc ideo qꝛ (noluit intelligẽ ut bñ agẽt) ſꝫ a vero intellectu ſuo vicio declinãs peruerſis erroribꝫ polluit ꝛ ideo veniã nõ mereatur. **I**niq̃tatẽ) longa delibera tione (meditatus ẽ) i ſecreto cordis ſui dedit ſe ſtudioſe omi generi pcci (maliciã aũt) oĩm criminũ matrẽ (nõ odiuit) ſꝫ dilexit. ❡ **P**ropheta oſtẽdens bona oĩa a deo eſſe inquit. **D**ñe in celo) id ẽ celeſtibꝫ viris ſpecialiter (eſt miſeđia tua) vbi copioſius dona a te emanauerũt / hoc ẽ eni bonũ quod habent ut .ſ. ſint celeſtes viri altitudine cõtẽplacõnis nobilitate ↄuerſacõis ꝛ ſanctimonia vite nõ eſt ab eis / ſꝫ a te .ſimiliter a te ẽ qꝫ amplior (noticia veritatis veniat p reuelacõneꝫ ad doctores p quos tanq̃ per nubes pluentes) verbis coruſcantes miraculis imbrẽ ſalutis emittis ut fideles fructũ dent fidei qui ſteriles fuerãt ariditate peccati. **I**uſticia tua) id ẽ iuſti tui ꝛ maxĩe apli q̃ capaces diuine iuſticie deuotis vſibus extiterũt (ſic montes dei) qꝛ ſolis ortu radios noue lucis excipiũt ꝛ ad ↄualles terrarũ refuſa claritate trãſmittũt (iudicia) quibꝫ horũ misereris ꝛ hos excecas ſũt incõprehenſibilia et inſcrutabilia ad modũ (abiſſi)

❡ **S**ub tua prouidẽtia eſt ſtatus tam hoĩm electorũ q̃ reproborũ. **S**aluabis) hos .ſ. reprobos ſalute corpali tñ nature neceſſaria ↄmuniter ꝓuidẽdo electos vero ſpũaliter aĩas corꝫ ſaluãdo o deus (quẽadmodũ multiplicaſti miſeđiam tuã) .i. q̃ incomphenſibiliter ꝛ mirabiliter mltiplicaſti. **F**ilij hoĩm) vero racõnabiliter viuẽtes

¶ Inexcuſabiles propha oſtēdit illos incredulos dicens. Ab increpacõe tua deus iacob) cũ increpares eos per te ⁊ p predicatores tuos (dormitauerũt) ſancta monita tua negligēter audiētes / et ideo merito culpabiles red dũtur / iſti aũt ſunt (qui aſcenderũt equos) id eſt qui in ſupbia creſcentes quaſi equis currentibꝫ mundi iſtius illecebras peruagantur. Tu deus) qui hoc feciſti (ter ribilis es) futurus impijs i iudicio / quãdo in gloria ma ieſtatis tue veniēs ſupbos addixeris et humilibꝫ corde ꝑpetuã contuleris dignitatē (et quis reſiſtet tibi) id eſt nullus vtiqꝫ (ex tũc) apparebit (ira tua) qꝛ nichil vlteri us p paciētiã diſſimulabis. De celo) id ē de ſũmitate potentie (deſcendet iudiciũ) tanq̃ fortiſſima certaqꝫ ma nu iaculũ deſignatũ (terra) id ē terreni hoies qui diuine ſentētie auctoritate dãnandi ſũt (tremēt) cũ audierint ite i ignē eternũ (et quieſcent) cũ in ꝑpetua dãnacõe reci pietur / ſꝫ quies iſta ſine reqꝛe ē qꝛ quieſcēt a malis ope ribꝫ ſꝫ i ſupplicio nõ quieſcũt quippe qꝛ eterna flãma cru ciandi ſũt. ¶ Qñ erit hoc. Cũ exurgeret i iudicio deꝰ) tũc terra .i. terreni hoies peccatores tremēt / exurget aũt

deus ad iudiciũ nõ ad ſolã dãnacõnẽ maloꝝ ſʒ(ut ſal=
uos faciat oĩes mãſuetos et q̃etos terre)quieti terre
ſũt q̃ nullis vicijs mũdi huius inflãmata volũtate rapi
ũntur ſʒ equali ſe moderacõe tractãtes pacẽ mentis ꝓ
bãtur habere trãquillã. ¶ Propheta locuturus de votis
deo reddendis ait. Cogitatio hoĩs, confitebitur ti=
bi)qñ pccã p̃terita hũilitatis ſatiſfactõne dãnauerit(et
reliquie cogitacõnis)id ẽ recordacõis peccatoꝝ poſt
effuſas lacrimas et aſſiduã cordis cõtricõnẽ p̃teritoꝝ
criminũ(diẽ feſtũ agent tibi) gratias agẽdo qñ ſentit
ſe hõ a peccatis liberũ. Vouete) qđ quiſqꝫ poterit(et
reddite dño deo vr̃o)q꜡ diſplicet deo infidelis ꝓmiſſio/
nõ dicit que vota reddamus ſʒ intelligitur ut qđ ꝓmiſe=
rimus reddamus/quibꝫ aũt loquitur ſubiũgit(oĩes q̃
in circuitu affertis munera)nõ quidẽ hereticis nõ paga
nis ſʒ eis qui altari eius munera reddere catholica inſti
tucõne feſtinãt/in circuitu res agitur cũ munera fideliũ
ſacratiſſimis altaribꝫ offerũtur.
Nolite negligere reddẽ vota vr̃a quoniã vouiſtis do=
mino. Terribili)terribili dico nõ ſolũ paruis ſʒ(pñci=
pibꝫ et regibꝫ quoꝝ auſert ſpiritũ)quãdo vult/nullus
enim eoꝝ vltra velle dei viuere poteſt.

¶ Pſalmus.lxxvi.in quo monet deſideria
et illecebras ſeculi calcare et nichil ſibi ꝑ=
ponere niſi deũ a quo ſũt oĩa.

¶ Vox eccleſie.

# Voce mea ad dñm clamaui

intẽ cõe

deuocõis nichil aliud q꜡ ipm expetij ſʒ eũ ſolũ ſup oĩa
deſideraui(voce mea ad dñm)et nõ fruſtra q꜡(intendit
m)benigne me reſpexit. ¶ Maxie. In die tribulacõis

mee deū exquiſiui) ſolū (manib⁹ meis) nō ſolū credēdo et orādo ſʒ operib⁹ bonis (nocte) .i. in p̄ñti vita q̄ q̄uis lucē habere videat̄ peccatoꝝ tñ obſcuritate fuſca ē (coꝛā eo / et nō ſū deceptus) .i. defraudatus a ſpe quā in eū piecerā. conſecutus eni ſū effectū oꝛacōnis mee. ¶ Renuit conſolari anima mea) in iſtis rebus mundanis et caducis ſʒ (memoꝛ fui dei) in quo ē ſūma ſuauitas (et in eius memoꝛia delectatus ſū / et exercitatus ſū) in quirēdo magnitudinē tue potētie et ſapiētie / et eū in ɔtēplacōe mea tractarē quali potētia oīa ɔtineas / quali ſapiētia oīa diſponas et tam multa mirabili oꝛdinacōe diſpenſas (defecit ſpūs meus) quia incomp̄henſibilis es.

¶ Anticipauerūt vigilias oculi mei) ante alios ſurgēs ad ɔtēplandū et in ipa mea contēplacōe (turbatus ſū) recoꝛdacōne peccantiū / quia hūanū genus in delictoꝛū precipicia ruere videbā (et tacui) quoniā in profunda nocte non habui ſolaciū hūani colloquij.

¶ Cogitaui dies antiquos) quib⁹ hūanū genus peccatis tenebatur obnoxiū qui caduci ſunt ⁊ labili varietate fugitiui et admiratus ſū cur labentes dies ⁊ quos tenere nemo poteſt tantopere deſideret et querat humanitas (et annos eternos) qui ſemper ſtant qui nō tēpoꝛū labentiū momētis excurrūt / ſed eterna ſtabilitate firmantur. qui ſoli ſūt ſpecialiter appetēdi / negligebamus contēnebamus nec credebamus eſſe dū eos in preſenti nō valebamus aſpicere.

¶ Et meditatus ſū nocte) in p̄ñti vita (cū coꝛde meo) .i. cū oꝛacōne mea (et exercitabar) ut cognoſcerē quid potius tenendū ſit et ut melius intelligerē (ſcopebā) .i. diſcutiebā ⁊ mundabā (ſpm̄ meū) ne quid ſoꝛdēs ne q̄d diuinis ɔſpectib⁹ diſplicēs i eo remaneret. Meditatus

aūt ſū dicens. ¶ Nūquid in eternū ꝓiecit deus) genus hūanū ut nō aduentus ſui miſeracōe reſpiciat (aut nō apponet) ſiue addet (ut ꝯplacitior). i. māſuetior (ſit adhuc) Aut totaliter miſc̄diaz abſcīdet a gn̄e hūanoꝝ) id ē omi tpe. certe nō qm̄ in nouiſſima etate mittet filiū. ¶ Aut obliuiſcetur miſereri deus) certe nō. qꝛ natura miſericors ē et miſc̄dia ab eius maieſtate nunq̄ diuiditur (aut ꝯtinebit in ira miſc̄dias ſuasꝰ). i. ira vincet miſc̄diā? certe nō/ qꝛ potius miſc̄dia vincet irā. ¶ Hoc ita cogitabā apd̄ me et poſt hoc. Dixi) reſpondēdo meditacōni mee (nunc cepi) q̄ı intelligerē qd̄ fuit tacitū ab eternis tēporibꝫ ſcꝫ qꝛ hō reducetur ad ānos eternos et (hec mutatio ē dextere excelſi). i. fauoris et ꝓpiciacōnis filij dei q̄ ē dextera dei pr̄is. qm̄ niſi corpus nr̄m accepit/ nos miſericordiā accipe nō poſſumus et de ꝯdicōne ſuili mutemꝰ in filios. Et p hoc intellexi illā mutacōꝫ futurā. qꝛ Memor fui operū dn̄i). ſ. qꝛ creauit hoīeꝫ/ et ſic eū p miſc̄diā creauit ſic intellexi qꝛ eūdē p miſc̄diā reparabit (qꝛ etiā memor ero mirabiliū tuoꝝ) q̄ feciſti ab initio hūano generi/ eidē pius miſerator i multis indulgēdo/ et ſic ſpero qꝛ etiā nūc indulgebis. Et meditabar i oībꝫ opibꝫ tuis) et te i eis artificē potētiſſimū ⁊ ſapiētiſſimū ꝯtēplabor (⁊ in p̄ceptis tuis ſalutaribꝫ) q̄ tu inueniſti hūili deuocōe (ꝟſabor) ¶ Propheta i hijs eruditus i laudes ꝓrūpit dicēſ. Deus) pr̄ (via) remēdi ad te (ē i xp̄o) ſiue p xp̄m q̄ ait nemo venit ad pr̄eꝫ n̄ p me (q̄s deus magnꝰ ſic deꝰ nr̄ꝰ) nullus/ imo (tu ſolus) et nō alius (facis mirabilia) tā i aīa q̄ i corpe. ¶ Notā feciſti ꝟtutē tuā). i. filiū tuū q̄ ē ꝟtus ⁊ ſapiētia qn̄ eū i mūdū miſiſti (ipe etiā ē brachiū i quo redemiſti ꝑpl'm tuū). ſ. credētes ex iudeis et electos ex gētibꝫ. ¶ Notā feciſti ꝟtutē tuā nam cū notū

fecisti filiũ tuũ p eũ. Viderũt) .i. ↄgnouerũt te fide (ppli) de iudeis (et ppli) de gẽtibꝰ (et timuerũt) potẽtiã tuã visis miraculis (et turbati) sũt salubriter (infideles) qui erãt sine fundamẽto fidei errorẽ suũ ↄfitẽtes ⁊ veniã po∗ stulãtes. ¶ Et tũc. Multitudo sonitus aquaꝝ) auditus ẽ sonãtiũ in laudibꝰ dei de missione filij i ↄfessionibꝰ peccoꝝ / i gemitu culparũ / in oracõibꝰ / in grãꝝ actõibꝰ / q̃ sonitus puenit qꝛ (vocẽ dederũt nubes) .i. p̃dicatores p orbẽ terraꝝ i oĩbꝰ gẽtibꝰ p̃dicãdo xp̃m. ¶ Vere dederũt vocẽ suã. Etenĩ) .i. qꝛ (sagitte tue) o deus .i. voces p̃dicatoꝝ tuoꝝ corda fideliũ medicinaliter (penetrarũt) ad salutẽ et (vox ipa) p̃dicacõis aplõꝝ q̃ sonũ et fulgorẽ ⁊ timorẽ hũanis pectoribꝰ inferebat (totius orbis circulũ ⁊ ãbitũ cinxit) vñ seq̃tur Illuxerũt) p aplos (õia p̃cepta) veritatis lumĩe (radiãtia coruscãdo) miraculis q̃ tenebras hoĩm (p totũ mundũ) salutari illuminacõne fugauerũt. vñ (ↄmota ẽ terra) id ẽ hoĩes ad ↄuersionẽ (et ↄtremuit) agendo penitẽtiã pro peccatis / eos aũt dicit ↄmotos et tremefactos q̃ verbũ fideliter audientes ad ↄuersionis studiũ xp̃i munere puenerũt.

¶ Et p ipos apostolos sic operãtes. In mari) gentium. (via tua) nũc que dudũ erat in iudeoꝝ populo (et precepta tua) recepta sũt a pluribꝰ populis gentiũ / ⁊ tamẽ (vestigia tua) scilicet p̃sentia tua corporalis doctrina miracula (nõ sũt) ab infidelibꝰ iudeis (cognita)

Cum tamen. Deduxisti) illũ (populũ) quondã tuũ de egipto) ad modũ oviũ in manu moysi) qui fuit dux populi (et aaron) quẽ p̃fecisti tu deus sacerdotẽ oĩm pplõ.

¶ Psalmus. lxxvij. in quo monet populũ ne sit ingratus diuinis beneficiis.

Vox dei qui p moysen legem dedit hebreis.

Attendite corde (popule meus legē meā/ incli nate) p hūilitatē (aurē vr̄i cordis) ad intelligēdū (v̄ba oris mei) Aperiā os meū in figuris ꝛ ſimilitudinibꝫ) ex quibꝫ ad alia capiētis intellectū (loquar obſcuras queſtiones) q̄ adhibita diſcepta cōe ſoluēde ſūt (ab initio) exitus filioꝝ iſrahel de egipto.

¶ Vox apl'oꝝ ſeu ꝓpha in pſona eoꝝ. Quāta) .i. q̄ magna q̄ mirabilia (audiuimus) bn̄ficia exhibita ꝑplo iudeoꝝ in egreſſu ſuo de egipto/ et in ꝓgreſſu in deſerto et in egreſſu terre ꝓmiſſionis (et cognouimus ea) q̄ pr̄es ſc; ꝓphe (narrauerūt nobis) qui tn̄ iudei ingrati fuerūt Et ita narrantibꝫ patribꝫ. ¶ Nō ſūt occultata a filiis ſuis/ in ſuccedētibꝫ ſibi gn̄acōibꝫ) ¶ Pr̄es nr̄i. ¶ Narrauerūt opa dei) in quibꝫ merito laudādus apparet deus (et virtutes eius q̄ in egipto facte ſūt) poſt q̄ exiert de egipto. ¶ Et poſtea. Suſcitauit in ꝑpl'o iudaico legē) in monte ſynai que dicitur (teſtimoniū) locucōis diuine cū populo/ et q̄ teſtabatur hereditatē eternā quā nobis ꝓmittit deus dicit/ ſuſcitauit/ q̄ lex naturalis q̄ in lucē redit p legem ſcriptam/ que ſomno ignorātie videbatur oppreſſa ꝛ ſopita/ lex (et teſtimoniū) idē ſūt ſicut (iacob et iſrahel)

¶ In qua lege. Quanta) .id eſt quā magna et mirifica (mandauit patribꝫ noſtris nota facere filiis ſuis) id ē poſteris non tantū iudeis ſed (ut cognoſcat generacō altera) id eſt xp̄iana quā de gentibꝫ conſtat eſſe electā. Et ſic conſequēter.

¶ Filii) ſcilicet xp̄iani (qui naſcentur) poſtea ex aqua et ſpiritu ſancto (et exurgent) ſurſū habentes cor ſuū/ qui vero nati ſunt et non renati non ſurſum eſt cor eorum (et

narrabūt filijs )p gn̄acōes/quod vtiq̧ xp̄iani impleue=
runt qui p̄dicacōnes ſanctas ad animarū ſalutē confe=
rendā ſuis poſteris tradiderūt. ¶Et hoc ideo.
Ut ponāt ſpem ſuā)nō in lege q̄ punit' ſ3( in gratia)
ↄceſſa que redimit(et nō obliuiſcantur operū dn̄i) ſicut
fecerunt perfidi iudei qui oblito auctore ſuo ad cultu=
ras ſe demonū trāſtulerūt(ꝛ mādata eius exquirāt)ip̄a
eſt enī dei ſūma vera recordatio ſi mādata eius deuotis
mentibꝫ impleamus. ¶Jdeo exquirāt. Ne fiāt ſicut
patres eoꝝ gn̄atio praua et exaſperās)praua· qꝫ veri=
tatē recipe noluit/exaſperās·qꝫ a deo exaſperauit in deū
ut in ſaluatorē armaretur/qđ fuit ſup oīes acerbitates
et aſperitates.¶Et qꝫ praua ē ideo· Generacō q̄ nō di
rexit cor ſuū)ad fidē ſuſcipiēdā/ad diligendū deū ꝛ in
p̄ceptis eius ambulādū( et nō eſt creditus cū deo ſpūs
eius)qꝫ fuit ſp incredulus ꝑmiſſionibꝫ dei. · Vn̄ dicitur
qꝫ gn̄atio illa cor ſuū nō direxit quia nec. Filij effren)
q̄ videbātur meliores i illo ꝑꝑl'o(intēdētes arcū ꝛ mittē=
tes ſagittas ↄūſi ſūt i die belli)p ſimilitudinē loq̄tur iu=
dei intenderūt arcū et miſerunt ſagittas qn̄ ꝑmiſerūt ſe
obſuare legē āmonēte moyſe dicētes· quecūq̧ locutus
eſt dn̄s deus nr̄ faciemus et audiemus/ↄuerſi ſūt in die
belli qn̄ aaron dixerūt/fac nobis deos quos adoremuſ
ecce quō in parabolis et ꝓpoſicōibꝫ oīa explicat.
Quare ↄuerſi ſūt in die belli qꝫ. Nō cuſtodierūt teſta
mentū dei)·i· ꝑmiſſionē quā deo fecerāt/ oīa q̄ locutus
eſt dn̄s faciemus(et in lege dn̄i noluerūt ambulare)
Et obliti ſūt bn̄ficioꝝ eius/et mirabiliū eius q̄ oſtēdit
eis corā patribꝫ eoꝝ. Corā p̄ribꝫ eoꝝ )moyſe aarō
alijſq̧ ſenioribꝫ(fecit mirabilia in terra egipti in campo
thaneos )que ciuitas regia eſt egipti in q̄ erat pharao

apud quā decē plage egipti facta ſūt

Interrupit mare) rubrū (et pduxit eos) pede ſicco ad aliud litus (et ſtatuit aquas) ex vtraq3 parte ne fluerēt ſed firme ſtarent (ſicut aqua in vtere)

¶ Et deduxit eos de die in nube) ꝓtegente eos ab ardore ſolis (et de nocte ī colūna ignis) q oñderet eis viā Interrupit petrā in heremo) in loco ſicco ⁊ deſerto ⁊ emanauit fontes irriguos (et potauit eos) abūdanter (velut ī abiſſo multa) Et eduxit aquā de petra) que ſequebat̄ eos quocūq3 ibant (et eduxit aquas) nō parū ſ3 (tanꝗ̄ flumina) que de vberib9 montiū copioſa mūdacōne ꝓcedūt. ¶ Quib9 bñficijs ⁊ miraculis nō obſtātibus. Appoſuerūt adhuc peccaē ei) .i. nō credere (in irā cōcitauerūt) .i. ad irā excitauerūt (excelſū ī aquoſo) loco nō credēdo deū poſſe ſibi ipis difficilia facere.

¶ Et temptauerūt deū diffidentes) de eius potentia in cordib9 ſuis ad hoc (ut peterent eſcas) nō ſpirituales ſ3 carnales (animab9 ſuis) id eſt propter animas retinēdas in corporib9/ eſca enī retinaculū eſt anime in corpe.

Et male) et vtiq3 male quia falſa (locuti ſūt de deo dicētes nūquid poterit deus parare mēſam ī deſerto?) ſplēdidā carniū. q̄̄i diceret nō. Ecce blaſphemia ⁊ diffidētia/ o ſtulta nimis abſurdaq3 vecordia hūanā impoſſibilitatē ad diuinā trāſtuliſti v̓tutē. ¶ Et rurſus diffidētes dicūt. Nā (m̄ pcuſſit petrā et fluxerūt aque/ et torrētes) ex magna aquarū abūdātia (inūdauerūt) ſequitur ꝙ poterit aliud etiā facere. O nimis fatua cogitatio. exēplū magni miraculi dare et eius auctorē in reliq̄s arbitrari poſſe deficere. ¶ Nūquid ⁊ panē poterit dare/ aut paraē refectionē ſplēdidā) et delicatā (populo ſuo?) q̄̄i diceret dubitādū ē. ¶ Sȝ māſuetiſſimus dñs noluit ſtatī punīé

eos ſicut bñ meretebãtur/ ſʒ ne videretur nõ poſſe facere q̃ petebãt ſic ſtulte illi dubitabãt. (Ideo audiuit) et impleuit peticões (et diſtulit) penã inferre eis/ ut pˀus oñderet ſuã potẽtiã (⁊ ignis)·i·ira dei accenſus eſt in pplm deſcẽdentẽ (de iacob et i iſrahel)· Hinc ignis accẽſus ẽ in iacob ⁊ cetera. (Quia nõ crediderũt deo ſuo) qꝛ poſſʒ/ licʒ ex pcedẽtibꝫ miraculis hoc firmiter poterãt credere (nec ſperauerũt i bonitate ſua) qꝛ nõ deficeret eis i neceſſarijs. ¶ Et mandãs execucõni peticões eoꝝ mãdauit nubibꝫ deſup/ et ianuas celi aerei vbi gñabatur manna (apuit) inde deſcendẽ faciẽs. vñ ſeq̃tur. (Pluit illis) id ẽ dedit p modũ pluuie (mãna ad mãducandũ) et ſic (panẽ celi)·i·in celo aereo angeloꝝ miniſterio formatũ (dedit eis) ¶ Et ita. (Panẽ angeloꝝ) id ẽ miniſterio eoꝝ formatũ (mãducauit hõ/ cibaria miſit i abũdãtia) cũ quilibʒ colligeret de eo q̃ntũ comedẽ poterat. Et ad ſatiſfaciẽdũ deſiderio eoꝝ de eſu carniũ. (Trãſtulit ventũ auſtralẽ) de ſupiore pte aeris ne ·ſ· flaẽt ⁊ (induxit ꝟtute ſua vẽtũ affricũ) q̃ ẽ vẽtus occidẽtalis ut flaret verſus vbi erat mltitudo magna coturnicũ q̃s vẽtus trãſportauit vltra maẽ rubrũ vbi erãt caſtra hebreoꝝ. Seq̃tur (Et pluit ſup eos ſicut puluerẽ)·i· valde abũdãter (carnes) viuas in maxima copia ſcʒ (volatilia pẽnata. Et ceciderũt in medio caſtroꝝ eoꝝ circa tabnacula eoꝝ) ut ſine omi labore ⁊ difficultate poſſent ea cape. (Et ipi mãducauerũt ⁊ ſaturati ſũt nimis) uſqʒ ad nauſeã abũdantiã carniũ (ſic deſiderauerũt attulit eis/ et nõ ſũt fraudati deſiderio) imo ſunt conſecuti illud habẽtes carnes in abũdantia. ¶ Oſtenſo qꝛ ſtulte dubitauerãt de potẽtia dei oſtẽdit pphã qualiter puniti ſunt a deo de quo ita ait (Adhuc eſce erãt i ore ipoꝝ) qꝛ multi actu

comedebāt( et punitio dei deſcendit ſup eos( E t oc-
cidit potētes eoꝝ )repletos diuitijs( et electos iſrahel)
ſez moyſen et aaron et mariā( impediuit )ne ingrederēt
terrā pmiſſionis In omībus hijs )correcti et puniti( pec-
cauerūt adhuc et nō crediderūt in mirabilibus eius)
Et ideo. D efecerūt dies eoꝝ )quaſi languida tabe cō-
ſūpti( in )·i·pro( vanitate )p qua citius perierūt et anni
eoꝝ cū feſtinacōe )ꝙ mors multoꝝ fuit accelerata ſicut
in rebellione thore· C ū occideret) aliquos de pplo a-
lij timētes( querebāt eū/ et reuertebātur )ſtudioſe( et ſe-
dulo vemētes petebant miſericordiā a deo) Reuertebā-
tur quidē·ꝙ R ememorati ſūt ꝙ deus adiutor eoꝝ ē)
in bonis( et deus excelſus redēptor eoꝝ ē )a malis·
Et quia iſta reuerſio ad deū quo ad multos nō erat ex-
amore iuſticie ſꝫ timore pene dicit·
¶ E t dilexerūt eū in ore ſuo et lingua ſua mentiti ſunt
ei) ꝙ nō ſic habeāt in mente ſicut ptendebāt in ore·
Unde ſequitur. C or aūt eoꝝ nō erat rectū cū eo )ꝙ
ydola colere deſiderabāt( nec fideles habiti ſūt ī teſta-
mento eius )ut legē eius obſeruarēt ſicut ī timore pmit-
tebāt. I pe aūt ē miſericors )in natura et etiā ɔtra me-
rita ipoꝝ·( ſiet ppicius peccatis ipoꝝ) puniēs eos citra
ɔdignū( et nō diſpdet eos) totaliter eos delēdo ſic me-
ruerūt. E t abūdauit )miſcdia dei( ut auerteret ab eis
vindictā ſuā( tu de eis ſumere ceperat( et non accēdit
omnē irā ſuā )quā de eis ſumeret omnē pmeritā penam.
Et hoc ideo·ꝙ R ecordatus ē )·i·ad modū recordātis
ſe habuit q̄ſi oblitus dū eos affligeret( ꝙ caro ſūt )ſez
carnales et fragiles pniq3 ad peccādū/ hec ē maxīa cau-
ſa q̄ deū mouet ut ſe nobis miſericordē exhibeat( ſpūs)
homo eſt( vadēs )in breui de hoc mūdo p ſeparacōnez

anime a corpe (et non rediens) ad ipm corpus virtute
ꝓpria nature. ¶ Pepcit eis/ et licet parceret ipis. Ipi
tn̄) multoties. i. sine numero (exacerbauerūt eū in deser
to/ et ad vindictā ꝯcitauerūt eū in inaquoso) ut digne
eis penas inferret. Et ꝯuersi sūt) ad ydolatriā (et tē=
ptauerunt deū) dolose petentes ab eo qđ ab illo accipe
diffidebāt (et sanctū israhel) ad amaritudinē (ꝓuocaue
rūt) Et non sūt recordati ptātis eius/ die q̄ redemit
eos de manu tribulantis) scilicꝫ pharaonis. ¶ Preterea
nō sūt recordati. Qualiter posuit i egipto signa sua)
scꝫ decē plagas (et ꝓdigia i ciuitate illa regia) vbi si=
gna ista facta sūt idē est signū et ꝓdigiū/ signū in quā
dei potētiā indicat ꝓdigiū qꝫ in se dat nobis aliud intelli
gere. ¶ Inter quas plagas. Conuertit in sanguinē
flumina eoꝝ et pluuiales aquas ne biberent)
Misit in eos muscā caninā) q pungebat eos grauiter
(et ranas et disꝑdidit eos) qꝫ in nullo loco poterāt sta=
biles esse ꝓpter ranas. Et dedit erugini) id ē vento
vrēti q̄ corrupit segetes (fructus eoꝝ/ et fructus labo
res eoꝝ ꝓductos locustis) Et occidit i grādine vi
neas eoꝝ et moros eoꝝ i pruina) vel i frigore corrūpē=
te. Tradidit grādini iumēta eoꝝ) existētia in cāpis
(et possessiones igni) Misit i eos effectū ire sue indi
gnacōnis) p plagas dictas et sequētes (immissas p an
gelos malos) qui fuerūt executores diuine iusticie i p=
secucōnibꝫ egipti. Viā fecit semite ire sue) i. semitā
in viā ꝯuertit qꝫ ex quo p p̄ma flagella nō fuerūt corre=
cti plage ampliores sūt augmētate. vnde sequitur (et
nō pepcit a morte vitas eorū/ et iumēta eoꝝ i morte cō=
clusit) Et pcussit oēm p̄mogenitū in terra egipti) nō
solū hoim sꝫ etiā omniū iumētoꝝ primogenita (p̄micias

om̄is laboris eoꝝ) ut ordeū et lina et ſimilia q̄ citius matureſcūt (in tabnaculis) egiptioꝝ deſcendētiū de (chā)
Propheta nūc oñdit quō deus eduxit iudeos de egipto et induxit in terrā pmiſſionis et ipi iterū ingrati offenderunt eū ſic dicēs Et eduxit de egipto populū ſuū) iſrahel diligenter cuſtodiēdo ſicut paſtor oues ſuas (et pduxit eū tanq̄ gregē in deſerto) quod erat inter mare ⁊ egiptū. Et eduxit eos) p deſertū (in ſpe) veniendi in terrā pmiſſionis (et non timuerūt) quia (inimicos eoꝝ cooperuit mare) Et induxit eos in terrā pmiſſionis q̄ dicitur ſanctificata) ꝓpter iheruſalē in qua edificatū erat tēplū (in montē) moria (quem) monteȝ nō gladius eoꝝ (acquiſiuit) ſed (dextera) id ē potētia (eius) Hoc modo acquiſiuit. q Eiecit a p̄ſentia eoꝝ gentes) chananeas. que prius terrā illā obtinebāt et alioſ ibi habitātes (et ſorte diuiſit) ſingulis tribub; (terrā) promiſſionis equali menſura antiquitus tenſo (funiculo) terrā diuidebant
Et habitare fecit i domib;) villis ciuitatib; ⁊ caſtris a gentilib; edificatis (trib; iſrahel)
De ingratitudine iudeoꝝ et eoꝝ ɔtumacia et quid eis irato dn̄o contigerit propheta exponit dicens / et iſtis beneficijs nō obſtantib;. Temptauerūt deū) diffidētes de diuina virtute (et exacerbauerūt deum excelſum) prouocantes ad irā (et p̄cepta eius nō cuſtodierūt.
Et auerterūt ſe) ſcīēter ab eo (et nō ſeruauerūt pactū id ē legē quā pepigerāt obſeruare (queadmodū p̄res eoꝝ) qui adorauerūt vitulū et multipliciter offenderūt in deſerto (conuerſi ſūt in arcū prauū) .i. ſimiles facti ſūt arcui prauo / arcus prauus dicit̄ malicia peccatoꝝ q̄ nō eminus pcutit ȝ in ſe magis ſpicula directa ɔuertit.

In irā concitauerūt eū) immolādo ydolis (in collib⁹ ſuis) ⁊ cū honorē deo debitū (ſculptilib⁹ ſuis) impartirēt (ad indignacōnē) et vindictā (ꝓuocauerūt)
Propħa numerat vindicte genera quib⁹ punitus ē po pulus ille pfidus dicens. Aduertit deus pdictā popu li nequiciā ⁊ ſpreuit/ et ad nichilū redegit valde iſrahel) tradens eū captiuitati alioꝝ pploꝝ poſt mortē ioſue·
Et repulit) ꝓpter eoꝝ nequiciā (ciuitatē ſilo) q̄ fuit deſtructa p philiſteos i qua erat dei archa illo tēpore et ideo dicitur (tabernaculū vbi habitauit inter hoīes) qꝛ ibi deus reſponſa dabat. Et tradidit in captiuitatem virtutē eoꝝ) ·i· archā q̄ erat virtus eoꝝ quia ea pſente ſemp vincebāt inimicos (et pulchritudinē) ·i· eandē ar= chā de qua ipi gloriabātur ſup omes gentes (in man⁹ inimici) ſcilicꝫ philiſtinoꝝ a quib⁹ capta eſt.
¶ Et ↄcluſit i gladio populū ſuū) pmittēs eos ab ini= micis occidi (et hereditatē ſuā ſpreuit) Iuuenes eo= rū ↄmedit furor vel gladius inimicoꝝ et virgines coꝝ nō ſūt lamētate) qꝛ cū quilibꝫ quereret locū fugiēdi di= mittebātur mortui inſepulti et īlamentati· Sacerdo= tes eoꝝ) ſcꝫ ophni et finees filij heli (in gladio) philiſti norū (ceciderūt/ et vidue coꝝ nō plorabātur) eadē ra= cōne qua ꝟgines· ¶ Propħa oñdens vltionē in ipoſ aduerſarios retortā dicit. Dñs) qui prius (tanq̄ dor= miens) viſus eſt qꝛ pplm ſuū dimiſit affligi ab inimicis (excitatus eſt/ tanq̄ potens incenſus vino) qꝛ tūc ſunt hoīes ad irā faciles et ad ꝟtutē potētes qn̄ poſt crapulā de ſomno ſurgunt! excitatus dico ad inferendā vindi= ctā hoſtib⁹ ſcilicet philiſteis qui archā domini rapiētes locauerāt iuxta deū ſuū dagon.
Et pcuſſit inimicos ſuos in poſteriora) in ſecretiori

parte natiū ut etiā viui a ſoricib⁊ rodentib⁊ eoꝝ anos execrabili morte punirētur (opprobriū ſempiternū de= dit eis) qꝛ nullus alter taliter punitus ē / qđ ī ſempiter= nū diuulgabitur q̄ diu ſcriptura ſancta in qua redactū eſt legetur. ¶ Inimicos ſuos ita pcuſſit ꝫ ſuos reedifica uit eligendo tribū ꝓ regia dignitate dicēs. Et repu lit tabnaculū ioſeph) ut inde eſſꝫ rex (et tribū effraim nō elegit) ad regiā dignitatē. Sed elegit tribū iuda) ut faceret inde regē (montē ſyon quē dilexit) eligens ad cultū ſuū. Et edificauit) ſup ſalomonē (ſanctū edifi= ciū) ſuo noīe deputatū (ſicut vnicornū) qꝛ ſicut illud ani= mal non pmittit aliud animal accedere ad cubiculū· ſic deus ꝓhibuit alienigenā intra tēplū miniſtrare (in ter= ra) id ē in ihrlm (quā fundauit) ꝓ cultu ſuo et ſolio ſuo (ſtabiliter) q̄ntū fuit ex parte ſua ⁊ ita fuiſſꝫ niſi pccā iſra hel impediuiſſent. Et elegit dauid ſeruū ſuū) ī tribu iuda ⁊ inter filios yſai quāuis eſſet iunior (et ſuſtulit de gregib⁊ ouiū ſequentē oues fetas) accepit eū in regē / et ita ex paſtore pecudū ad regimen hoīm ē tranſlatus· vnde ſequitur. Paſcere) .i. elegit ut paſcat (populū deſcendentē de iacob et iſrahel) ꝓplm eundē a deo (ſpecia liter dilectū ſibi) Et gubernauit eos in puritate cō= ſcientie / et ī operib⁊ ab eo prudēter actis deduxit eos) ad virtuoſe et pacifice viuendū·

¶ Pſalmus .lxxviij· in quo propheta deplorat captiuitatē iheruſalē tēpore regis anthiochi·

¶ Propheta dauid licet lōgis ante tēporib⁊ q̄ rex exiſte= ret antiochus· oīa tamen more ſuo quaſi trāſacta re= fert que ſpū ſancto repletus ꝑuidebat eſſe futura / vnde deflens pietatis affectu ait / o

DEus venerũt gẽtes in iudeã
tunc hereditatẽ tuã(polluerũt ſanctũ templũ tuũ)ſacri=
ficando in eis ydolis ſuis(poſuerũt iheruſalẽ)euertẽ=
tes eã quaſi caſulã vel ſicut(tugurium)ſiue aceruũ lapi=
dũ vbi ſolent cuſtodes pom(ad cuſtodiẽda pomeria)
¶ Poſuerũt cadauera)inſepulta(ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas
volatilibꝫ celi)et nõ ſolũ illis ſꝫ etiã(beſtijs terre)ſcilicꝫ
lupis et canibꝫ poſuerũt eſcas(carnes ſanctoꝝ tuoꝝ)
Effuderũt ſanguinẽ eoꝝ)in tanta copia et ita vili=
ter ſine aliquo reſpectu miſcḋie ſicut effunderent aquã
et nõ ſolũ intra muros ſꝫ etiã in(circuitu ihrlm/et nõ erat
q̃ ſepeliret)qꝛ par ꝯdicõ piculi oĩes inuoluerat. ¶ Fa=
cti ſumus opprobriũ oĩbꝫ i circuitu)gentibꝫ(ſbſanna
tio ꝛ illuſio hijs q̃ in circuitu nr̃o ſũt) .i. hijs q̃ nos ad fa
mã tẽpli honorabãt deſpectabiles facti ſumꝰ ¶ Propħa
deprecatur dñm ꝓ ppl'o iſrahel ꝯtra inimicos et inſultãtes
dicẽs. ¶ Uſqꝫ quo dñe iraſceris i finẽ) q̃d diu hoc ſuſti=
nebimus ꝛ videbimus nos ita affligi ꝓpter te et nõ vl=
ciſceris nos(uſqꝫ quo accẽdetur)ꝛ multiplicabitur(ve=
lut ignis indignatio tua?) Effunde irã tuã) .i. indi=
gnacõꝫ tuã abũdantẽ emitte(in gẽtes q̃ te nõ nouerũt)
p verã fidẽ nec voluerũt ſꝫ ſũt ydolatre(et reges qui nõ
mẽ tuũ nõ inuocauerũt)in te credẽtes ſꝫ demonia vel ali
quã aliã creaturã. Debes o dñe effundẽ irã tuã ¶ Quia
iſrahelliticũ populũ) ꝑ magna pte crudeliter(ꝯſũpſerũt)
ſicut cibus ꝯſumitur(et ciuitates iudee deſolauerũt)ꝛ de
ſtruxerũt. ¶ Cõfiteor dñe nr̃a pc̃ca meruiſſe iſta flagel
la ſꝫ dep̃cor pietatẽ tuã. ¶ Ne memineris)ad puniẽdũ
(iniq̃tatũ nr̃aꝝ ãtiq̃rũ)nõ tm̃ nouiter factarũ ſꝫ q̃s a pa
tribꝫ accepimus(cito pueniant nos miſericordie tue)

ne in toto obſorbeamur p deſperacōnē q; oībꝫ admini-
culis (paupes facti ſumus nimis) Adiuua nos de9)
qui in tribulatioībꝫ ſp ſolitus es ſaluare nos (et ꝑpter
gloriā et honorē noīs tui dñe libera nos) nō ꝑpter meri-
tū nrm (et ꝓpicius eſto pccīs nrīs ꝑpter nomē tuū) id eſt
ꝑpter tuā bonitatē nō ꝑpter nrāꝫ iuſticiā. ¶ Adiuua nos
oro. ¶ Ne forte dicāt inter gētiles vbi ē deus eoꝝ) qͥ
dicerēt vel nō ē / vel ſi eſt / eſt tā parui momēti q; nō pt ſu-
os adiuuare / et vindictā fiēdā ī eis ita cito fiat ut (oēs
nacōes) .i. gētes (intelligāt deū) in eos ſe vlciſci et etiam
(nos oculis nrīs videamus) Vltio ſanguinis ſuorū
tuoꝝ q̄ effuſus ē intro eat ī ꝯſpectu tuo / et gemitus ꝯpe-
ditoꝝ) id ē eoꝝ qui captiui tenētur ut liberētur. Secū
dū magnitudinē potētie tue filios) .i. imitatores (eoꝝ q̄
p veritatis defenſione occidūtur) ſcilicꝫ veritatis defen-
ſores (poſſide) et cuſtodi ne aliqua tribulacōis aſperi-
tate poſſint reuocari. Et redde vicinis nrīs) philiſte
is et alijs nacōībꝫ q̄ in circuitu iude poſitis (vindictā)
pfectā et vltionē plenā (q ſeptenario numero deſigna-
tur / in ſinu eoꝝ) id ē in anima / ad quod te moueat (im-
properiū qd exprobrauerūt tibi dñe) attribuētes impo
tētie tue captiuitatē noſtrā. ¶ Nos aūt populus tuus et
oues paſcue tue / ꝯfitebimur tibi) confeſſione laudis p
liberacōne nrā (in ſempiternū) Non tantū confitebimur
ſed etiā (annūciabimus) alijs (laudem tuā quādiu ali-
qua generatio erit)

¶ Pſalmus .lxxix. in quo monet nos
in melius cōmutari et ad criſtū dirigi.

Tu deus qui es rex cuius arbitrio ⁊ cre
ata ſunt et admini
ſtrātur vniuerſa. rex dico ſpecialiter (iſrahel) .i. eoꝝ qui
te puro corde ꝯſpiciūt / intēde deſiderio ⁊ peticōi ſcōꝝ
q̄ aduentū tuū deſiderāt (q̄ deducis) p apl'os (ꝑplm) cre
dentē de gētib⁹ ſignificatū p (ioſeph) ad cautelas dei tā
q̄ (oues ad paſcua) Qui ſedes ſup illas ſblimes po
teſtates celoꝝ appare in mūdo) forma nr̄e mortalitatiſ
aſſumpta (videāt te populi) q̄ p iſtas tres trib⁹ (effra
im beniamin et manaſſe) deſignātur. Excita potentiā
tuā ⁊ veni) .i. manifeſta in filio qui eſt virtus tua p incar
nacōnē eius (ut ſaluos facias nos) de poteſtate diaboli
Deus v̄tutū cōuerte nos) auerſos a te / aliter nō cō
uertemur / niſi tu facias q̄ ſolus potens es / qui vult vni
uerſa compleri (et oſtende filiū tuū / et ſalui erimus)
¶ Dn̄e deus virtutū) celeſtiū (quouſq; iratū te oſ̄ndens
michi ſeruo tuo ꝯ) ad te orāti differēdo mittere filiū p
cuius aduentu totiens te rogaui. Quouſq;. Cibabis
nos pane lacrimarū) .i. pmittes nos affligi tot tribula
cōnib⁹ ⁊ dolorib⁹ lacrimoſis qꝛ vir ſanctus ipis ſuis la
crimis paſcitur ⁊ reficitur ſciens tribulacōnē quā pati
tur vel ꝓpter exercitiū vel ꝓpter remiſſionē peccatoꝝ dari /
ſequitur (potū dabis nobis ī lacrimis) que racōne p̄di
cta ſanctis viris ſunt potus ⁊ refectio que lacrime erūt
(in menſura ꝯ) ſcꝫ quales ſuſtinere poſſumus / quia omi
potens deus conſulens fragilitati nr̄e modificat ⁊ quā
dā mēſura tēperat flagella ſua. ¶ Poſuiſti nos ī ꝯtra
dictionē gentib⁹ vicinis nr̄is) qꝛ nobis colētib⁹ ⁊ p̄dicā
tibus te deū verū ꝯtradicitur ab eis multitudine ſimula
croꝝ ſuoꝝ (et inimici nr̄i irridēt nos) q̄ꝛ fruſtra ſperan
tes ut ſalui fiamus. ¶ Sed contra iſtos.

Deus virtutū cōuerte nos) totos ad te ut te toto corde diligamus (et oſtende p̄ſentiā filij tui et ſalui erimus) ip̄e eni eſt p quē laqueos mortis euaſimus / ipa deniqȝ eſt q̄ dignis et cōfitētib9 celeſtia regna largitur. Vineā) id eſt pplm iudaicū quē tu excolebas ſicut bonus agricola vineā ſuā (trāſtuliſti de egipto) in terrā p̄miſſiōis (eiecīſti gentes) ſcȝ amorreos gebuſeos et cetera (et plātaſti) firmiter collocādo et ſecure habitare feciſti. Dux itineris fuiſti in cōſpectu eius) q̄ in nube p̄cunte p diē et in colūna ignis p̄cūte de nocte manifeſte te eis oſtēdiſti (et plantaſti radices eius) id ē p̄ncipes ſcȝ moyſen et aaron et pphas q̄ in cultu dei et fide radices et fundamēta fuerūt aliorum (et) populus ille (impleuit terrā) p̄miſſionis et multiplicatōnē p̄lis. Umbra eius) id eſt cura et ſollicitudo de eis regēdis (operuit) maiores q̄ hic dicūtur (mōtes) ne pro ſua volūtate ipi agerēt ſȝ curā ſbditorum totaliter intēderēt et (arbuſta) .i. excreméta huius ppli (cooperuit cedros dei) .i. altiſſimos eorum p̄latos et doctores. quāto eni magis illa vinea ſiue pplus creſcebat. tāto maiori cura et ſollicitudīe p̄lati eorum occupabātur / et ita vinea iſta creſcēdo cooperuit oīes ſanctos prophetas et patriarchas cura et ſollicitudie. Et extendit) hec vinea (palmites ſuos) id ē filios ſuos a iheruſalē (uſqȝ ad mare) mediterranenenſe quo terminatur regnū iude (et uſqȝ ad flumē) iordanis (ppagines ei9) filios filiorum. O dn̄e cū tot bn̄ficia cōtuleris illi pplo. Ut quid ergo deſtruxiſti macceriā eius) id ē cuſtodiā angelicā qua eā vallaueras / ſbtraxiſti ꝓtectōnē ei9 et expoſuiſti eā gētib9 (vindemiāt eā) ſpoliādo diripiēdo / et cōculcāt (oīes gētes q̄ iuxta eū ſūt) Exterminauit) extra terminos patrie ſue eiecit (eā) captiuādo

(aper) .ſ. veſpaſianus/ immūdus fortis egreſſus (de ſil ua) gētilitatis q̄ (ſingularis) .i. ſupbꝰ (ferus) iudeis (de paſtus ē eā) .i. totaliter ɔſūpſit. D) ōne deus ṽtutū) q̄ uis exterminata ſit vinea ⁊ ɔſūpta ꝑ maiori pte ut tñ re lique ſalue fiāt (ɔuertere) ab ira tua et (ꝓpiciaē ei de ce= lo/ et vide indulgēdo ei (et viſita) mittēdo filiū tuū q̄ ſa nat eā egrotantē ¶ Et ne pereat vinea ex toto. ¶ P) er= fice eā) i fide) filij tui quā incohaſti i vmbra legali (quā plātauit dextera tua) ꝓpiciacō tua/ et pfice eā (ſup fide fi= lij tui) fundatā ⁊ (quē ɔfirmaſti tibi) .i. tuū eē filiū natura lē oñdiſti dicēs/ hic ē filius meus dilectus in quo m̄ bñ ɔplacui. ¶ In igne pietatis vel cupiditatis. S) uccēſi) et occultis inīq̄tatibꝰ (ſuffoſſi) ex eadē gēte i xp̄m credē noluerūt (ab increpacōe) terribili in die iudicij (vultus tui) .i. filij tui (pibūt). ¶ Quia tādiu mali erimus donec ſal uator aduenīat/ ideo. F) iat manus tua) .i. opatio tua oñdatur potētia (ſup virū) id ē xp̄m q̄ ad dexterā ſedet (et ſup filios hoīs) .ſ. ṽginis .ſ. eūdē xp̄m q̄ ita ē filius dei ut etiā ſit filius ṽginiſ (quē ɔfirmaſti tibi) ſup ē expo ſitū. Hoc fac ut oraui. E) t nō diſcedimus) p auerſio nē (a fide) ultra q̄ p⁹ diſceſſimus et (viuificabis nos) vita grē i pn̄ti ⁊ glie i futuro (⁊ nomē tuū inuocabim⁹) illō ſc; nomē quo deus pr̄ appellaris/ inuocabimus edo= cti a filio tuo q̄ inſtitucōne ſalutari nos docuit ſic orare/ pr̄ nr̄ ⁊ cetera. D) ñe deus ṽtutū ɔuerte nos) ad te pfe= cte diligēdū (oñde faciē tuā) p aptā viſionē (et ſalui e= rimus) qꝛ i clara viſiōe dei ⁊ pfecta fruicōne ɔſiſtit eter= na ſalus nr̄a.

¶ Pſalmus .lxxx. in quo monet ut contē= ptis terrenis ad celeſtia mente aſcēdamus.

¶ Vox eccīe/ o fideles.

Exultate cordis deuocōne (deo) q̄ (nos iuuat) in oībꝫ pressuris nr̄is (iubilate) inexplicabili leticia (deo) ꝑpli fideles designati p (iacob) q̄ fuit verus cultor dei. ¶ Et ut poſſitis exultare ⁊ iubilare (Sumite) sequētia inſtrumēta muſicalia. ſ. (pſalmū) id ē bonā opacōnē (⁊ date deo timpanū) .i. laudē cū vr̄e carnis mortificacōe ⁊ hiis duobꝫ adiūgat̃ (pſalteriū iocūdū cū cithara) .i. deuota oracō. (Bucinate) .i. ānūciate alijs laudē alta voce (in inſigni feſto tubarū) .ſ. in inuocacōe vr̄i q̄ p ſeptiformē gr̄am ſpūs ſancti fit .i. (pcomiali voce cantate) cū noue regnacōis gaudia fueritis ꝯſecuti q̄ vob̄ debꝫ eſſe magna ſolēnitas. ¶ Ideo bucinate in p̄dicta ſolēnitate. (Quia p̄ceptū eſt i iſrahel) illis ad literā nobis ſpūaliter / et ſi negligitis timendū ē vobis quia (iudiciū eſt deo iacob) p̄ceptū eni illud datū ē p eū q̄ eſt futurus iudex. ¶ Illud p̄ceptū id ē legē. (Teſtimoniū poſuit dn̄s i ꝑplo iudeoꝝ deſignato hic p ioſeph) cito poſt exitū de egipto q̄ lex eſt illi (teſtimoniū) quid eſt faciēdū et quid timendū / vn̄ ſeq̄tur (cū ille populus exiret de egipto / linguā quā nō nouerat audiuit) .i. legē. (Amouit dn̄s dorſū) populi iſrahelitici (ab oneribꝫ) luti ⁊ lateris quibꝫ p̄mebatur i captiuitate egipti (cuius ꝑpli manus ſeruierūt in cophino) cogebātur eni inſtrumētis portare fimū ⁊ feces de ciuitatibꝫ. ¶ Propheta in pſona dei recolētis bn̄ficia p̄ſtita populo iſrahel ut grauior eſtimetur eius offenſa dicit. (In tribulacōne) dure ſuitutis tue (inuocaſti me) ut liberarē te (et liberaui te) de captiuitate educēdo (et exaudiui te i abſcondito anguſtie tue ⁊ tēpeſtatis) qn̄ ſcꝫ audiētibꝫ egiptijs ad me gemē nō audebas (et etiā probaui te apud aquā ꝯtradictōis) vbi de potētia mea id eſt bonitate te reperi dubitantē.

Nec bona omia feci tibi et ideo. Audi o pp̄le meus et
intellige ⁊ teſtis ero) veritatis ꝯtra te ſi legē meā tranſ
greſſus fueris(iſrahel ſi audieris me)obtēperādo p̄ce=
ptis meis(nō erit in te deus recēs) deus nr̄ nūq̄ fuit re=
cens nec nouus nec i tpe factus ſ; antiquiſſimus ſp ab
eterno et i eternū(nec adorabis deū alienū)q̄ noīe ⁊ nō
eſſentia ſiue natura ſit deus. Nō adorabis dico deū alie
nū. qm̄ Ego ſū dn̄s deus tuus qui eduxi te de terra e=
gipti)et nō alius(dilata os tuū)ad petendū tibi vtilia
(et implebo deſideriū tuū). Ego ſic āmonui eos ⁊ tamē
Nō audiuit pp̄lus )qui(meus) deberet eſſe ad moni=
cōnē meā(et iſrahel nō intēdit michi)ingratus tot bn̄fi=
cijs. Et q̄ attēdere noluit ideo. Dimiſi eos ut p ſuo
libitu ad oēs ſui cordis voluptates ferātur)et ipi ſb=
tracta grā mea(ibūt i pccīs enormibꝰ ⁊ erroribꝰ ab eis
nouiter inuētis. Sic dimiſi eos. ſ; Si pp̄lus meus au
diſſet me)credēdo et ipe factus verus(iſrahel ſi in vijs
meis ambulaſſ;)p̄cepta mea obſuādo. Pro nichilo
forſitā).i. vere abſq; ulla difficultate(inimicos eoꝝ hu
miliaſſem eos ad nichilū redigēdo(et ſup tribulantes
eos ōndiſſe; potētiā meā)eos interficiēdo. Propheta de
eoꝝ eterna dānacōe loqns ait. Inimici dn̄i).ſ. iudei
q̄ deberēt eſſe amici(mētiti ſūt ei)nō reddētes ꝓmiſſa q̄=
bus ſe ad p̄cepta oīa eius implēda bonis pollicitacōi=
bus obligauerūt et ideo(tēpus punicōis eoꝝ erit in e=
ternū). Et merito venuīt dānandi. q̄ Deus cibauit il
los ex intima medulla frumēti et ſaturauit eos de melle
fluēte de petra) i rupibꝰ eni illius terre erat mel i copia.

Pſalmus.lxxxi. in quo monet credere
xp̄m verū deū et verū hominē eſſe.

DEus factus homo (ſtetit in ſinagoga) .i. cõuẽtu
iudeoꝝ honorũ quos deos dicit/ iuxta mo
rẽ illũ quo dij dicũtᷣ quicũqꝫ magni viri/ in medio hoꝝ
deoꝝ ſtetit xp̄us ĩ aſſumpta natura. ſecũdũ illud. medi9
aũt vr̄m ſtetit (in medio aũt diiudicat) .i. diſcernit (bo=
nos ac iuſtos) q̄ maieſtatis ſue monita fideq̄ꝫ ſecuti ſũt
a malis. Ad iudices accuſans eoꝝ prauã cõſuetudinẽ
ait. ¶ Vſquequo iudicatis iniq̄tatẽ) ↄtradicẽtes legi
quã vobis dederã/ ꝓphetas iniurijs afficitis/ quos vob̄
miſerã/ vſquequo extenditis iniq̄tatẽ iudicij veſtri/ qui
iniquũ iudiciũ facitis ſup me q̄ ꝓpter vos veni/ qui vob̄
tanta boná feci/ quẽ occidẽ diſponitis (et vos o minores
quare ↄſentitis iniquis iudicijs maiorũ?) quaſi cũ inſa=
nientibꝫ inſanitis? ¶ Nolite ergo iudicare iniquitatẽ. ſꝫ
Iudicate) recte. ſ. xp̄m (egenũ) q̄ ſemp terrenas facul
tates ↄtẽpſit/ qui cũ eſſet diues ꝑ nobis factus ẽ paup
(et puſillũ) qui ſibi p̄ſidiũ nõ queſiuit ĩ terra/ iudicate di
co ut eũ liberetis (et humilẽ et pauperẽ) .i. iuſtũ oñdite (et
p̄dicate) ¶ Et vos minores q̄ plures eſtis. Eripite
pauperẽ ⁊ egenũ) xp̄m. ſ. de manu maiorũ) ne pmittatiſ
eũ amplius capi (et de manu iude) q̄ iniuſte pſecutus ẽ eũ
(liberate) ¶ Ego ita monui eos ſꝫ tñ ipi. ¶ Neſciert) nõ
ↄgnouert xp̄m/ et quaſi hoc? (qꝛ nõ intellexert) id ẽ nõ
crediderũt/ ſcp̄tũ eſt enĩ niſi credideritis nõ intelligetis/
et quaſi hoc? qꝛ (in tenebris ambulãt) nõ in obſcuro vi=
cioꝝ et cecitate infidelitatis detinebãtur et ſignũ dans
ꝓpħa iudeis quo agnoſcãt xp̄m ait (mouebũtur oĩa fun
damẽta terre) nã ĩ eius morte terra mota ẽ et petre ſciſſe
ſũt. ¶ Et tñ. Ego dixi) ſi vultis credẽ et mãdata dei
cuſtodire (dij eſtis) participacĩone grẽ mee. O mira dei
gr̄a cũ ſolus ſit virtus ⁊ ſubſtãtialiter deus nõ inuidet

participiū nois ſui hoīb₉ (et filij excelſi oēs) p grām et adopcōnē·oīs quidē qui ſanctis iuſſionib₉ acquie-ſcat. ¶ Verba deflectit ad impios dicens. Vos autem) impij et increduli nō eritis ſicut dij viuētes vita eterna (ſʒ moriemini ſicut hoīes peccatores) in pc̄cō infidelitatis et vos maiores ſupbiā vſtrā in xp̄m exercētes (cadetis) in pfundū inferni ita irrecupabiliter (ſic ꝟ vn⁹ de pn̄cipib₉) id ē diabolus qui de celo piectus corruit ꝛ penā ſue puerſitatis inuenit. ¶ Vos quidē cadetis. ſʒ tu Deus exſurge) de ſepulcro (et iudica terrenos) illos iudeos dāna eos qui ita te crucifixerūt/ qm̄ hijs repulſis (tu hereditabis in oīb₉ gentib₉) pvna iudeorū gente que tibi quondā hereditas peculiaris ex oībus mūdi nacōib₉ fuit hereditatē accipies oēs gentes

¶ Pſalmus. lxxxij. in quo monet iuſtos ad paciētiā.

¶ Propheta preuidēs xp̄m in maieſtate magna ventūrū ad iudiciū et admirās ait.

# Domine quis ſimilis erit tibi

cū ad iudiciū i maieſtate tua magno angelorꝫ exercitu comitante venies. nullus (ne taceas) dare in impios ſentētiā/ ite maledicti i ignē eternū (nec) aliq̄ miſeracōe (ↄpeſcaris) aut miteſcas a vindicta eorꝫ. ſʒ opprime eos pena eterna. ¶ Propha de pſecucōne antixp̄i futura loquens ait. Ne taceas dn̄e dico. Qm̄ inimici tui) antixp̄i mēbra tumultuoſis ſedicōib₉ (ſonabūt) ↄtradicēdo doctrine tue et detrahendo tibi (et qui oderunt te extollent caput) ſibi ſcilicꝫ antixp̄m q̄ tanta poteſtate gloriabitur ut ſe etiā deū pſumat dicere excelſū.

S up populū tuū) xpianū (maligno animo ſūt ꝯſilia-
ti) ad ꝑpli tui depreſſionē et nō tantū ſūt ꝯſiliati (ſ; etiam
cogitauerūt) quis eoꝝ priorē ſentētiā poſſ; dare. cogi-
tauerūt dico non tm̄ aduerſus mediocres ſ; (aduerſus
ſanctos tuos) ¶ Et exhortātes ſe muicē in ſuo cōſilio.
Dixerūt venite et diſpdamus ꝑplm xpianū de gente)
id ē de mūdo (et nō memoret nomē iſrahel) .i. nomē xpi
anū (vltra. ¶ Et oñdens vñ erit eis tanta fiducia operā
di malū dicit M m̄) erūt multi ꝗ vnanimes. qm̄ (cogita
uerūt ſimul) multi ſtudioſe om̄es in vnā prauā nocendi
volūtatē ꝯcordātes (diſpoſuerūt aduerſū te) pactū fir
mū ut adunato ſtudio pſequātur ſanctos tuos oñ eſq
qui ab eoꝝ errore diſſentiūt et (diſpoſuerī) ad hoc (ho-
mines terrena amantes et ſanguinē ſitientes) prauos
impios qui p habitātes (in tabnaculis ydumeoꝝ ꝗ hiſ
maelitarū) deſignātur ſecūdū eoꝝ interptacōnes.
¶ Propheta ꝯmemorat inimicos xp̄i ſub vocabulis gen-
tiū q̄ pugnauerūt iſrahel iux̄ interp̄tacōes eoꝝ. Mo
ab .i. hō abutēs lege (agar) id ē hō alienus a deo (ge-
bal) homo ſimulans humilitatē (amon) populus turbi-
dus furioſus (amalech) hō lingens terrā ſc; fallaciter
blādiens philiſtiim q̄ hic dicūtur (alienigene) interp̄-
tātur cadētes pocōne .i. hoīes ebrij diuitijs ꝗ pſperitate
ſeculi (cū habitātib; tirū) qđ interp̄tatur anguſtia p qđ
poſſunt intelligi poſſidētes ꝗ amantes terrena ꝑpter q̄
multū anguſtiātur / iſte ſunt gētes q̄ diſpoſuerī inter ſe
fedus pugnādi ꝯtra gliā noīs tui ꝯtra ſcōs tuos ꝗ ecciā
tuā. Et aſur) q̄ interp̄tatur elatus ſupb; ꝗ ſignificat
diabolū q̄ (veniet cū illis) malis ad pſecucō; fideliū ꝗ hij
oēs operāte i ſe diabolo (facti ſūt i adiutoriū filijs lot)
q̄ interp̄tatur declināſ .i. in adiutoriū ſatellitib; diaboli

qui a veritate declinauit. ¶ Isti ita diſpoſuerũt cõtra te
ꝫ tu dñe. Fac illis ſic) feciſti populis illis ꝑſecutoribꝫ
populi tui iſrahel ſcꝫ (madiã ⁊ ſiſare ſic ⁊ iabin) quos oĩes
miraculoſe debellaſti ꝑ pplm tuum iſrahel (iuxta torrentẽ
cyſon) Diſpierũt iuxta fontẽ endor/ et facti ſũt ut ſter=
cus terre) qꝛ eoꝝ cadauera ↄputruerũt qꝛ remãſerũt in=
ſepulta ſup terrã. ¶ Pone) ꝓſterne et diſꝑge (princi=
pes inimicoꝝ) ppli xpiani (ſic oreb ⁊ zeb ⁊ zebee ⁊ ſalma=
na) quos etiã miraculoſe debellaſti ꝑ gedeonẽ ⁊ trecẽ=
tos viros cũ eo. ¶ Depone etiã dñe oĩes pncipes eoꝝ.
Qui dixerũt) ore ⁊ ope (poſſideamus ſanctuariũ dei)
id ẽ pplm ſanctũ dei ⁊ hereditatẽ. Deus meus pone il=
los ut rotã) ut in infernũ celerrimo curſu deuoluãtur (et
ſicut ſtipulã añ faciẽ venti) ut ſic ſtipula omni vento cir=
cũfertur ita illi vbiqꝫ diſꝑgãtur. ¶ Preterita mala ſenti
ant i pñti in alia vero vita. Sicut ignis q̃ ↄburit ſiluã)
ex magna potentia (et ſic flãma ↄburẽs montes) ex ar=
doris vehemẽtia (ita ꝑſequeris illos in tẽpeſtate tua) id
eſt in iudicio qđ ſubito quaſi tẽpeſtas veniet (et i die vin
dicte tue oñdes te eis iratũ) penã eternã eis inferendo.
Propheta poſtq̃ petijt dãnacõnẽ maloꝛũ modo petijt
conuerſionẽ ſaluandoꝛũ dicens.

¶ Imple facies eoꝝ) ſcꝫ ꝑſecutoꝛũ qui ꝑuiſi ſunt ad ſa
lutẽ (ignominia) id eſt fac eos ſibi et alijs ignominio=
ſos videre ut erubeſcant de peccatis (et ſic querent no=
mẽ tuũ dñe) ut fiant criſtiani q̃ ante erãt obſtinati.
De malis obſtinatis q̃ ↄuerti nolũt ait. Erubeſcãt) de
turpitatibꝫ ſuis (et ↄturbent̃) de penis duraturis (in ſecu
lũ ſeculi/ et ↄfundãtur) in aia ⁊ corpe (et pereãt) eternis
tormentis. Et) tũc ſaltẽ (ↄgnoſcãt) ꝑ expientiã pe=
ne inflicte (qꝛ cõuenit tibi veraciter hoc nomẽ dñs) id ẽ

magnitudinē tue potentie cognoſcāt etiā q͞ (tu ſolus al tiſſimus ſup om̄es terrenos) qui potens es ꝯuerſis par cere et obſtinatos eterna vltione dānare.

¶ Pſalmus. lxxxiij. in quo monet ad amorē eternorū. Propheta i pſona ecc̄ie ad ſupnā iheruſalē puenire cu= pientis ait.

Quam dilectā valde (amabilis patria celeſtis) O (q͞ deſiderata tabernacula tua) valde p̄ cioſe ſpecioſe et lucidiſſime ſūt māſiones tue (o dn̄e) an= gelorꝝ (concupiſcit aīa mea) intrare (in atria tua/ et lan= guet) pre deſiderio q͞ actu nō ingredit᷑. Anima mea et caro mea exultauerūt) de ſpe puenēdi (ad deū viuū) Etenī dn̄e ſi paſſer q̄rit ſibi domū) in qua pmaneat (⁊ turtur) ſibi (nidū) querit (vbi reponat pullos ſuos) q̄nto magis hō racōnis capax debꝫ querere locū vbi ꝑpe= tuo quieſcat q̄ nō eſt alius niſi tu deus ī quo ſolo p̄t qui= eſcere cor hūanū. ¶ Nidus aūt quē ꝯcupiſco inuenire ſūt. Altaria tua dn̄e virtutū) manſiones tuorꝝ ſancto= rū vbi iugiter tibi offerētur ſacrificia laudis (rex me9) qui me regis in via euntē ad illa altaria (et deus meus) q̄ me ad hoc creaſti. Nec mirū ſi cor meū ⁊ caro mea ex ultāt de hoc q̄m. Beati q̄ habitāt ī domo tua) celeſti (dn̄e/ in ſecula ſeculorꝝ laudabūt te) q᷑ incōprehenſibi= lis pulchritudo diuitatis ſanctis tuis p̄ſens ſemp erit. Oñdit quo auxilio pueniatur ad domū dei dicens.

Beatus vir) ſpe in hac vita ē (qui habet auxiliū a te) quia alias nō p̄t/ cū beatitudo illa omnē excedat creatā facultatē p qd̄ auxiliū gratie tue (aſcenſionis diſponit ī cor de ſuo) virtutibꝫ quibꝫ tanq͞ gradibꝫ virtutū ad do mū celeſtē aſcendere mereatur (diſponit) dico ī valle la= crimarū ꝑ peccatis (locus quē deus) homini ad merēdū

(inſtituit) Etenim) talibꝫ (dabit bñdictõnẽ ſuã) xp̃s (legis) euãgelice (lator) et iſti (ibũt de vtute in vtutẽ) ſemp proficiẽdo in augmẽto gratie donec perueniant ad vitã eternã que cõſiſtit in plena viſione (dei et ſanctoꝝ ſuoꝝ) ¶ Propheta orat in pſona xp̃i fideliũ aſſociari beatis dicẽs. Dñe deus vtutũ exaudi oracõnẽ meã) dãdo michi illas vtutes p quas aſcẽditur ad te videndũ (cito pcipe oracõnẽ meã o deus iacob)

O dñe deus pater. ¶ Protector noſter aſpice) ad preces noſtras acceptãdo eas / et ſi nõ ꝓpter nos ſaltẽ (reſpectu meritoꝝ filij tui qui eſt imago tua)

¶ Ideo o dñe deus cupio peruenire in domũ tuam. Quia melior eſt dies) illa que (vna) eſt continua et eterna cui nunq̃ ſuccedũt tenebre (in atrijs tuis) in habitacõne celeſti (ſup milia) ãnoꝝ tranſeũtiũ. Et ut ad illa atria merear admitti. Elegi abiectus eſſe) in hũilitate viuere hic in eccleſia militãte (q̃ diuitijs ⁊ honoribꝫ huiꝰ ſeculi abũdare inter peccatores) ¶ Hoc aũt ideo elegi. Quia miſe̾diã et veritatẽ diligit deus) miſe̾diã peccata condonãdo / veritatẽ veraciter adimplendo qđ ꝓmiſit ſanctis ſuis. ſ. (gratiã) in pſenti (et gloriã in futuro) Dabit quidẽ veraciter ſeruis ſuis gratiã ⁊ gloriã qm̃. ¶ Nõ puabit bonis) gratie ⁊ glorie (eos q̃ ambulãt) et pſeuerant (in innocẽtia) talis non pt̃ puari muneribꝫ dei qui iam hic dona beate ꝯuerſacõnis accepit / et ideo (domine deus virtutũ beatus homo qui ſperat in te) non in rebus ſeculi tranſitorijs et caducis.

¶ Pſalmus. lxxxiiij. in quo monet p fidẽ accedere ad xp̃m ut habeatur eius bñdictio.

Propħa ꝑuidens futura quaſi ꝑterita ꝓpter certitudi-
nē narrās ait. Dn̄e pater q̄ quondā maledixiſti terram
ꝓpter peccatū ꝑmi hoīs. modo
Benedixiſti recipientē aduentū filij tui in fide
p quē (auertiſti) peccatū p quod
hūanū genus (captiuū) tenebatur a diabolo.
Auertiſti captiuitatē. q. Remiſiſti iniquitatē plebis
tue) ꝓpter quā fuerat captiua per fontē baptiſmatis (et
cooperuiſti om̄ia peccata coꝝ) ut amplius non remanant
in conſpectu tuo punienda. ¶ Vere remiſiſti quia o dn̄e
Omnē irā tuā) qua hūano generi iratus eras mitiga
ſti in aduentu filij tui ⁊ ita (mitigaſti) q (auerſus es ab
ira indignacōis tue) ¶ Propheta qḋ dixerat fiendum
orat ut fiat dicēs o deus q̄ nos p filiū tuū ſaluare diſpo-
nis. Conuerte nos) ad fidem filij tui et (auerte irā tuā á
nob) quā habes ꝓpter pccm̄ ꝑmi hoīs. ¶ Auerte ⁊ auer
tes irā tuā q. Nūquid in eternū iraſceris nob) certe
nō cū parcē ⁊ miſereri ſit ꝓpriū tibi (aut extendes irā tuā
p om̄es gn̄acōnes ſuccedētes?) certe nō q placabilis
eris in generacōe xp̄i. ¶ Non extendes irā tuā. ſʒ Tu
deus conuerſus) ab ira viuificabis nos ſpūaliter p aduētū
filij tui (et plebs tua) viuificata (letabitur in te) ſecura de
eterna beatitudine. Et ut hoc cito fiat. Oſtende nob
dn̄e miſericordiā tuā) mittēdo nobis filiū tuū i carne vi-
ſibilē (et da nobis ſalutare tuū) q̄i amplectēdū q̄i poſſi-
dendū q̄ſi munē eterne glorie pfruendū / da ut cū i men
te nr̄a celeſti dono recipitur / nullis tēptacōib9 auferat
Propheta quaſi peticōis ſui compos dicit Audiam)
attente (quid loquatur i me deus meus) p internā reue-
lacōnē ⁊ audiuit (q loquitur pacē) annūciabit michi fi
liū ſuū qui eſt pax noſtra nō ad om̄es (loquitur pacem

ſed in plebē ſuā) ſalicȝ i ſanctos qui domino ꝓbabili cō-
uerſione placuerūt. ¶ Dico in plebeȝ ſuā id eſt. Super
ſanctos ſuos et ſup eos omes qui de omni gēte cōuer-
tītur ad xp̄m) ¶ Licet xp̄us pacem locuturus ſit ſuper
omes qui ꝯuertētur ad eū. Verūtamē prope) iudeo-
os (qui ſoli inter alias gētes timere dicebātur deū) q: le
gem eius receperāt / xp̄us naſcetur ꝗ miſteriū redēptō-
ris hūane pficiet (ut terra nr̄a ꝓmiſſionis hanc gloriaȝ
habeat) q: i ea ex gente ſua ſaluator natus ſit ꝗ pacē in
omes fuerit locutus. Miſericordia ꝗ veritas ſimul cō
uenerūt in aduentu xp̄i) miſcdia q: filius dei aſſumpſit
carnē / veritas q: impleta eſt ꝓmiſſio facta patribꝫ ve-
teris teſtamēti de incarnacōe filij dei et xp̄o p ſuā paſſio
nē ſatiſfaciēte p̄ nobis (iuſticia et pax ꝯcordiā fecerūt)
Ideo ꝯuenerūt miſericordia et veritas ꝗ iuſticia et pax
ꝯcordiā fecerūt q:. Veritas) id eſt xp̄us (de terra or-
ta eſt) .i. ex maria v̄gine verbū caro factū (et iuſticia de
celo ꝓſpexit) qn̄ hūano generi periclitāti filius dei mira-
bili diſpenſacōe ſbuenit. vn̄ ſequitur Etenim dn̄s dabit
benignitatē) id eſt gratiā inſpirantē p xp̄m (et facultaſ
liberi arbitrij nr̄i) aſpera illa benignitate (dabit fructum
ſuū) id eſt bona opa. ¶ Licȝ deus dicatur et ſit benign9
Iuſticia) tamē (ante eū ambulabit) parās ei viā / pri
ma iuſticia hominis eſt ut puniat ſe malū ꝗ faciat ſe bonū
et hec eſt via dei ut veniat ad eū et ſit in corde eius (po-
net in via) ſic parata (veſtigia ſue imitacōnis) deus.

¶ Pſalmus .lxxxv. in quo monet ad oracōnē.
Xp̄us ex forma ſerui ad patrem ait.

Inclina ad me (aurē) clemētie tue (et exaudi
me) ut deſideria mea ꝯpleātur / inclina
dico (qm̄ inops) ab alio nō habens opē (et paup) p me.

(ſum) ex pte hūanitatis loquitur q̄ ex ſe michil habere poteſt niſi qd̄ largitate diuinitatis acceperit.

¶ In hoc exaudi me pr̄. Cuſtodi animā meā) et meorū ab om̄ib⁊ ſcādalis ↄtra inſidiatores (qm̄ ſanctus ſū) in m̄e et mei etiā ſunt ſanctificati in baptiſmo (ſaluū me fac) qui ex obediētia tua formā ſerui accepi et meos q̄ tibi vnanimiter ſeruiūt (deus meus ſperantē i te) Miſerere mei dn̄e qm̄ ad te clamaui) pſeuerāter et inſtāter (letifica animā ſerui tui) que multis amaritudinib⁊ contriſtatur liberādo me ab eis (qm̄ animā meā leuaui) per deuocōnē et ardentē amorē nō deorſū declinaui ad terrā ſ; leuaui (ad te) vbi ē vera leticia et ſine fine ſecuritas Ideo animā meā leuaui ad te. Qm̄ tu dn̄e ſuauis es) qꝛ poſt amaritudinē; huius ſeculi (dulcis es) ad te recurrētib⁊ (mitis) qꝛ diu ſuſtines peccatores (et copioſus in miſe͛dia) qꝛ lic; ſint innumeroſa nr̄a peccata multo abundātior ē tua pietas q̄ tot relaxat offenſas (om̄ib⁊ inuocātib⁊ te) Ideo. Aurib⁊ pcipe oracōnē meā/et intēde voci dep̄cacōnis mee) dando effectum oracōnis mee quā ꝑ me et meis fundo. Te: pore tribulacōnis mee clamaui ad te) licet eni om̄i tēpore deus ſit exorādus eximius tn̄ i tribulacōne ē inuocādus (qꝛ exaudiſti me) ꝑ tua clementia p̄teritis tēporib⁊ in alijs meis p̄cibus. Merito clamabo ad tē qꝛ o dn̄e. Nō eſt ſimilis tui in dijs) id eſt in poteſtatib⁊ huius ſeculi ſiue in celeſtib⁊ creaturis ſcilicet nec in nobilitate ſb̄ſtantie nec in magnitudine potētie nec i mag̃ inficētia (ad mirabilia operū tuorū) et gn̄aliter non eſt qui ſimilis ſit tui ad quē clamare potuiſſem tu me ſtatim liberare potes ꝑ tua volūtate. Vere nō eſt aliquis ſimilis tui quoniā. Om̄es gētes id ē aliqui de omni gente (venient) ꝑ fidē de cultu ſuo (ad

